

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Expositio psalmorum a C. usque ad CL - Cod. Aug. perg.
45**

Prosper <de Aquitania>

[S.l.], [10. Jahrh.]

[urn:nbn:de:bsz:31-97752](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-97752)

Handwritten text, possibly a title or author's name, located at the top center of the cover.



Reichenau
XLY

Handwritten text on a small rectangular label, possibly a library or archival mark.

16
Iste liber est monasterij bte virginis i Augera maiori



IN HOC CODI
CE EX POS: PSA
MORVM S̄CI
PROSPERIACEN
TESIMOVSQVE
AD QVINQVA
GESIMVM ❀



Misericordiam & iudicium cantabo tibi dñe

Psalms iste de primo uersu toto intelligendus est corpore & confi-
tendum dō / quō uniuerse uiae eius misericordiae & ueritas futque
libet se nostris cogitationibus. de rerum ueritate ingerant causas. non
in aliqua moueamur querellam. sed misericordiam & iudiciū dño pia deuo-
tione canemus. ad resoluandas enim uniuersas questiones quas contra pui-
denciam di exercere audeat. mundi huius stulta sapientia inuictissima
est ratio per quam intelligitur. inter presenas uiae inaequalitates nec
diusitatis di misericordiam. nec amiser cordia di ab ee. iustiam donec
per actus temporalibus iusto iudicio fiant utraq; perpetuu. cum pro qua
litate gestorum dextros gloa sinistros pena suscipit.

Psalms et intelligam in uia immaculata quando uenies ad me.

In hac inquit confessione boni intellectus ero & per immaculatam conuersa-
tionis mee uiam ad me uenire reseruiam cum enim sine te bonus esse non
possim si recta sunt quae ego te mihi esse non dubito.

Deambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meae.

Inno-
centia uera est que nec sibi nec alteri nocet. Quō quid ligat iniquitatem odit
animam suam. Deambulare in latitudine animae suae id est in habitaculo
cordis sui non potest. quem angustat reatus. et uita inlicitae actionis accusat.
Pia aut & impolluta conscientia liberis intra se utitur spatii & que inte-
grus habet suae aedificationis recessus in appetitus non euagatur alienos.

Non proponebam ante oculos meos rem malam.

An te oculos haben-
tur que diliguntur & in quibus delectatur animus in his moratur as-
pectus. Arē ergo mala oculos auertere est. quicquid dō displicet
non amare. **F**acientes praeruaricationē odio habui.

Diligendi sum
homines ut odio habeantur praeruaricationes. quia aliud est amare qd
factis uic. aliud odisse quod faciunt. **N**on ad hest mihi cor prauū de-

clinatē a me malignum non agnosceba. **P**rauo inquit cordi consensu
non prebui & ab immaculata uita declinantem malignum non cognosce-
bam. hoc est non propter dissimilitudinem non probabam.

Detrachen-
tem proximo suo occulte hunc persequetur. **B**ona persecutio que
non hominem sed peccatum hominis insectatur.

Superbo oculo
& insatiabili corde cum hoc simul non edebū. **S**uperbia fomes in-
uidia est quēnumquam nisi mala ligna est. & malis non satiatur alienis;

Cum his igitur quae talia delecta delectabuntur ueneno non conues-
 cebat quia cibum iniquitatis ipsorum quo incessabiliter reple-
 bantur horrebam. Beati enim quiescunt iustitiam quo ipsi satura-
 buntur. *Oculi mei super fideles terre ut simul confederent hincum.*
Vox dñi dicentis imitatoribus suis. sedebitis sup xii thronos iudicantes
 duodecim tribus isrl. *Ambulans in uia immaculata hincum hincum
 trahat.* **M**ibi autem non sibi multum enim non sinceri praedicatorum
 eum angeli sibi ministrant sua querentes nonque ihu xpi. *Non ha-
 bitabit in medio domus meae faciens superbiam.* **N**on habitabit
 in corde iusti que est domus eius iniustus quia semper a se omnis dissi-
 militudo longinqua est. *Loquens iniqua non detexit in conspectu
 oculorum meorum.* **I**niquorum iter non est directum et diuersum
 longe est ab illa uia cui oculi dñi president & p quam ad suos uenit.
In matutinis inter fiebam omnes peccatores terre ut disperdere
 decurrate dñi omnes operantes iniquitatem. **D**iem iudicii sui
 denunciat dñs qui loquitur in propheta quo secundum ueritatem in
 principio psalmi dictum est. misericordiam & iudicium cantabo tibi
 dñe. Nam quia tempus huius seculi tempus est nocis & ignorantiae & tri-
 bulationis nec cuiquam patet in quem finem sit quisque uenturus. dat
 locum penitentie misericordia di. et diuersis modis agit ut proficiant
 iusti ut erigantur lapsi ut conuertantur a uersis sed haec patientia manente
 adhuc nocte praestatur. Ubi autem inluxerit dies et omnia occulta fue-
 rint reuelata discretis impus a societate iustorum non ultra parcedur
 malis sed interficiantur omnes peccatores terrae. In illo mane quode-
 clarabitur quid quisque mereatur. **EXPT. INCIP. DE PST. C. PRIMO.**

Psalmi huius titulus est oratio inopis cum aungeretur & in conspectu dñi
 effudit precem suam. Iste ergo pauper xps est qui formam serui accipi-
 ens nostra indutus est paupertate & cum misit mediator di & hominu
 homo xps ihs idem est in humilitate corporis. qui est in gloria patris
 ut quorum suscepit naturam exequatur & causam. *Exaudi dñe ora-
 tionem meam & clamor meus ad te perueniat. Ne uertas faciem tuam
 a me in qua cumque die tribulor inclina ad me aurem tuam.*

Quod est exaudi orationem meam hoc est idem & clamor meus ad te
 & perueniat. Sed geminata p&atio ostendit potentis affectum. Ne

lege perentis

auertat^{ait} faciem tuam a me dicit p humilitate membro um. Nam quando
 pater a filio quando dñs auertetur a xpo & ideo peti se in quacumq;
 tribularetur exaudiri quia pietas cupitis cum omni corporis portione
 con patitur. & labor omnium qui & locis & temporibus uariatur. numq;
 sine illo est qui omnium misereatur. **In quacumq; die inuocauerote uelo
 ceter exaudime.** **C**ito obtinentur que bono desiderio postul entur. uo
 nec differuntur preces que hoc petunt. Quod uult ille qui petatur (uelox
 itaque exaudito est cum ipsa primitus exauditur oratio ne tarda auxiliu.
 quide dicit uotum. **Qui ad fecerunt sicut fumus dies mei.** **D**ies primi ho
 minis quem suscepit secundus fumus in sua elatione deficiente a patris sine
 comparantur. & quia nemo in nouitate xpi nisi ex ad e uetustate transfer
 tur gemit in his quos reparat ipse reparatur. **Et ossa mea sicut infixio
 rio confixa sunt.** **O**ssa dicuntur hi qui sunt in xpo corpore fortiores.
 quorum firmitate omnium conpugo membro um munitur. dicente osse
 fortissimo paulo. qui scandalizatur. & ego non uiror. **Percussus est sicut
 fenum & aruit cor meum.** **O**mnne humanum genus in adam a quo est uniuers
 salis ppago percussus est & de illius uulnere gemit quispe saluantur
 in xpo non sine miseris mortalitatis in die contracte. **Quo oblitus sum
 manducare panem meum.** **A**cceperat primus homo panem uerbi in lege
 mandati uetitum cibum sumens panis illius de quo uiuebat. Oblitus est & hoc
 sicut percussus fenum coreus exaruit. modo ergo se uiuescat & edat panem
 quem fuerat oblitus qui iam in corpore est dicentis. Ego sum panis uiuus qui
 de celo descendi. **A**uoce gemitus mei adheserunt ossa mea carnes. **A**
Auoce inquit gemitus mei. Non auoce gemitus illorum de quibus gemo quod
 non recte gemit. quod carnalia cupiunt. quod corporalia concupiscunt.
 sed quia uidesunt ualidiora membra. quaecumque habeant infirmorum nec
 ab affectu captis discrepent. Uoce gemitus mei. erudiuntur ossa id est
 fortiora corporis ut adherent carnes id est infirmioribus meis. secun
 dum quod scriptum est. Debemus enim nos infirmi infirmitatem infirmorum
 portare. **Similis factus sum pellicano solitudines factus sum sicut nyct
 ex corax in parietibus uigilau & factus sum sicut passer singularis in coo.**
Omnis strenuus et deuotus euangelii predicator. his tribus que commemo
 rate sunt a uobis conputabilis inuenitur. secundum eorum formam. quibus
 uerbum ueritatis adnuntiat. sicut in fidelibus loquitur in solitudine est

tamquam pellicanus nec fastidit. deserta & inculta quia & iam in talibus
facit sibi sp̄s sēs habitaculū. Si autem his predicat quia ceptam gratiā
perdiderunt. fit quod ad modo nict̄ corax in parib̄ & inis non deserens eos
qui corrumpunt. ut edificati bene fundati et stabilitatem recipiant. & decorem
si uero eos cohortatur quicum uideantur fideles tepidi tamen sunt atq;
carnales fit sub tecto positus. id est sub carnis uiuentibus quidam pas
ser increpans eos atq; incitans ut in tecto sint potius quam sub tecto.
Hoc est ut subiectam sibi carnem ^{habeant} non ut ipse ei subiciantur. Qui enim
in tecto non descendat tollere aliquid. ^{de celo} Et quod in aure auditis praedi
cate super tecta. sed harum affectionum sedulitatem nemo magis quam
dn̄s ih̄s x̄ps uoluntarius pauper exequitur. Qui ueniens peccatores sal
uos facere omnium labores infirmitatesq; suscepit. quia d̄serat in x̄po
mundum reconcilians ^{sibi} ut & solitudo gentilis acciperet & notitiam uertutis
et obsecatis iudeis ac sua preuaricatione tumosus. et lux & stabilitas pres
taretur. dum ille ^{qui tenebrarū} in luminator est per apostolum dicit. fuisis aliquando
tenebre. nunc autem lux in dn̄o. Idem uero at tenebris quos dilexit occisus
uigilauit. id est surrexit & factus est sicut passer singularis in tecto. idē
in celo quo adhuc nemo ascendit nisi qui de caelo descendit. qui est pri
mitiae dormientium & primogenitus ex mortuis. **Tot die exprobra
bant mihi inimici mei. et qui laudabant me aduersus me iurabant.**

Ea significantur quae in tempore passionis gesta sunt exprobratur dn̄o.
quod quia lios saluat seipsum supplicio et ue non possit. & qui fuerant
falsi laudatores. in occasione ipsius conspirabant. **Quo cinerem sic
panem manducaui et potum meum cum lacrimis miscebam.**

Ostenditur sacramentū misericordiae saluatoris qui etiam eos me
bra sua facit. Quibus talis congruit medicinae et personae suae
copulat causam in quibus se cinerem dicit. sicut panem mandu
casse. & potum cum lacrimis miscuisse. quod quidem infideles obp
briū deputant dicentes. spem remissiones fomitem esse peccandi.

A face irae tuae & indignationis tuae quo eleuans elisistime.

Ipsa est ira quam adam meruit & in qua om̄s natus sumus secundum
quam dicit apostolus. Etamus natura filii irae. sicut ceteri non ex
conditione di. sed ex iudicio. & ideo natura filii irae dicimur. quia
ita ipsi nr̄is principis insedit. ut ab illa preter dn̄m nostrum ih̄m

xpm nullius hominis natura sit liberu. Eleuatus autem homo quia rationa
lis & ad imaginem di factus est. Elusus uero est quia sue dignitatis oblituse
Homo cum in honore est non intellexit comparatus est iumentis insipi
entibus. *Dies mensicut umbra declinauerunt & ego sicut fenū arui.*

Recessi ab aeterno die per peccatum et in dies transitorios decidi per iu
diciū & quia sicut fenum arui. per eum qui inter mortuos liberē.
spe saluus fio. Sicut enim in adam omnes moriuntur. ita & in xpo
omnes uiuificabuntur. *Tu autē dñe in eternum per manes et memo
riale tuum in generatione & generationē.* Temporalem inquit seruū
& eternus non enim quia cecidi tu seruisti. queras ad me humiliandū
ipse es ad me humiliandum & p missionum tuarum non obliuisceris.

Tu exurgens miseraberis non quia tempus ut miseraris eius. *Quod
tempus. nisi de quo dicitur. Cum autem uenit plenitudo temporis
misit dñs filium suum factum ex muliere. factum sub lege ut eos qui
sub lege erant redimeret.* *Quo beneplacitum habuerunt & serui
tui lapides eius & pulueres eius miserabundis.* In sion multi sunt
lapides et pleriq; sunt pulues in lapidibus gaudium storum est. in
puluerē miseratio. de sion scī patri arche. scī apostoli & predicatores
euangeliū homines lapides electi & p. b. at. ceteri autem qui istis non
sunt conexi puluis sunt. quos auferet uentus a facie terrae nisi agnosuerit
se. edicant. memento dñe quod puluis sumus. *Et timebant gentes nomini
dñe. & omnes reges terre gloriā tuam.* Hoc fundamento posito in sion.

& hac misericordia pulueri eius impensa ueniet & iam degenabunt alius
paries qui anguli lapidi coaptetur et duo in uno coadantur qui facit utraq;
unum. *Quo edificauit dñs sion & uidebitur in gloria sua.* Crescit et ae
desia in templum dī et apite totum corpus exstruitur. & apparebit ih̄s x̄ps
in gloria sua cum uenerit iudicare mundam a dextris & sinistris. alios
adsumpturus in regnum alios in supplicium detrusurus. *Respexit in
orationem humilium dñs et non dispexit preces eorum.* Haec est dedica
tio sion et structura eius sicut in lapides instruuntur quia & conpagem
decoris eius non nisi per humilitatem & orationem per gemitus & lacrimas
per uenit ne per facta & dedicata domo frustra pulsū qui serus adue
nerit. *Scribantur haec in generatione altera & populus qui creabitur lau
dabit dñm.* *Scribantur haec in ueteri testamento. p prophetiam per*

tenentiam ad nouum testamenti generationem hoc est ad populum qui
creandus erat in xpo de quo apostolus dicit. si qua igitur in xpo noua
creatura. uetera transierunt ecce facta sunt noua. Omnia autem ex deo hoc
est uetera & noua. quoniam per unam fidem uterque populus accepit
iustificationem. **Quo respexit ex alto scō suo dñs de celo in terram respexit.**
ut uidere & gemitus compeditorum ut soluet & filios mortificatorum.
Prospiciente in terram dō hoc est misericordiam suam hominibus tribuen
te tam fortia facta sunt uincula caritatis ut non patuerunt uincere
uolentia persecutionis. per timorem enim di superauerunt martires
timorem mundi & conpedes fidei continuerunt eos ab excessu transgres
sionis. qui labor perseverantiae transit in libertatem gloriae. ut gemitus
ueterentur in gaudia & conpedes in coronas. soluantur autem & iam filii
mortificatorum id est martyrum qui eadem in flammam fidei seculi u
cupiditatum uinculis liberati possunt dicere. dirupisti uincula mea
tibi sacrificabo hostiam laudis. **Ut ad hunc dñs in syon nomen dñi & laus
eius in hierusalem.** **Ut solutus uinculis peccatorum libera caritas seruet
dō & laus eius multiplicetur in syon.** Id est in specula quod est aeclesia
que non presentia diligens. sed futura prospiciens in spe promissionū
lectatur. **Inconueniendo populos in unum & regna ut seruiant dño.**
Factum est sanguine martyrum & gemitibus compeditorum ut ex auditis
illis quierant in gemitibus & pressura hanc nostris temporibus habe
ret aeclesia libertatem. qua omnium gentium populi infidei coeant uni
tatem. & regna que per sequebantur xpianis iugo xpī subiecta sunt.
Respondit in uia fortitudinis suae. **S**ive syon siue hierusalem que est
aeclesia in qua laus dñi caelebratur. Respondit ei quem per fidem
laudat. per spem per caritatem nam uocationi eius respondere est
credere atque obedire. & in preceptis ipsius ambulare in uia fortitu
dinis suae quia ab ipso est ut per se ueretur inter omnes in lecebras & la
bores. **Exiguitatem dierum meorum nuntia mihi.** **E**xiguum est
omne quod finitur et transit. uita enim temporalis in comparatione
eternitatis exigua est cuius dies ideo sibi adnuntiate aeclesia postu
lat. ut nouerit se usque in finem seculi esse mansuram. donec ueniant
illi dies quinque numerum poterunt habere necesse minimum. **N**ero
uoces me in dimidia dierum meorum. **N**on in inuancur inquit.

dies mei quousq; in consummationem seculi spondesti donec plenitudo gentium introeat & omnis israhel saluus fiat. **In generatione & generatione anni tui.** Ab initio usq; ad consummationem seculi diuersa seculi alios & alios protulerant quorum ius tificatio non est nisi in xpo p que omnium generationum una generatio est. quam ds ab aeternitatis facit esse participem ut absq; commutatione sit ds omnia in omnibus. **Principio dne terram fundasti & opera manuu tuarum sunt celi.** Ipsi peribunt tu autem p manes & omnes sicut uestimentu ueterescent. Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur. tu autem idē ipse es et ainitiu non deficient. **Vera aeternitas et uera immortalitas non est nisi in ditate trinitatis cui quod est esse perpetuum & neq; per initium neq; per incrementum neq; per defectum ullam recipit mutabilitatem.** Creatura autem etiam illa equibus aeternitatem creator dedit uel daturus est. Non penitus carebunt sine dum illis finis est ipsa in augmentum facta mutatio eccetera ergo quem tu dne fundasti & celi qui operatus sunt manuum tuarum sicut uestimentum & opertorium ueterescent et peribunt. Non ut sint sed ut aliter sint nouatione scilicet substantie non deflectione nature. Tu autem idem ipse es nec ab alio in aliud transis. Quia tu es qui uere es & qui gloria tua nec minor potes esse nec maior dans filius seruatorum tuorum ut ad non deficientes annos tuos ualeant peruenire. **Fili seruatorum tuorum inhabitabunt & semen eorum in seculum dirigetur.** **Fili seruatorum di sunt filii iustorum filii patriarcharum prophetarum apostolorum & martirum filii postremo totius ecclesiae que corpus est xpi & quem mater est omnium patrum omniumq; filiorum.** Hi ergo in aeternitate annorum di habitabunt & semen eorum in aeternum dirigetur. semen autem eorum recte intellegitur opus iustiae ipsoru quod debet unum quemq; precedere. Quo sterilem & instructuosum illa aeternitatis beatitudo non recepit.

INCIPIT PSALMUS C. II.

Benedic anima mea dnm & omnia interiora mea nomen scm eius. **Tota** ecclesia cum suo capite quod est xps unus est homo cuius p prium officiu est in omni tempore benedicere dnm seque in laudem eius quem extorturitate sua diligit cohortari. Interiora autem eius sunt ratio intelligentie spes fidei humilitatis amoris fortitudinis & si que sunt alie

affectiones quibus mens in admirationem sui auctoris erigitur. **Benedic**
anima meū dñm & noli obliuisci omnes r&tributiones eius. Iterata cohortatio docet numquam ad benedictionem cessandum. erit autem perseuerans benedictio si retributionum eius nulla umquam subrepat obliuio. que retributiones non secundum merita humana sunt facte. Nam damnatio peccatoribus debebatur. sed gratia prestata est malis & salus p̄ditis quō filius hominis uenit querere & saluare quod perierat. & non uenit uocare iustos sed peccatores. Benedicendus ergo est qui non solum non plectit malos. sed etiam bona p̄ malis reddit & bonos fecit. **Quippi**
tuis fuit omnibus iniquitatibus tuis. qui sanat omnes languores tuos. qui redimit de corruptione uitam tuam qui coronat te in misericordia & misericordia. **Qui sanat in bonis desiderium tuum renouabitur sicut aquila iuuentus tua.** Enumeratio retributionum di ostendit per quos gradus gratia anima humana saluetur. qui propterea fit inquit omnibus iniquitatibus tuis. Non autem omnibus uirtutibus tuis que utiq; nulle ei inessent nisi fieret & remis suo peccatorum que ne rursus exsurgant sanat inquit omnes languores tuos. quia autem sunt isti languores. nisi concupiscentia male desideria carnalia & morbi omnium uanitatum da qua corruptione redimitur. Uita in firmorum quia corpus mortis nr̄e corpus factum est ipsius uitae ut coronat & nos in misericordia & misericordia. sicut scriptum est. miserebor cui miserus ero & misericordiam prestabo cui misericordiam prestitero. ut intellegamus per eandem misericordiam dari coronas merito rum per quam data sunt merita coronatorum. deinde additur. qui sanat in bonis desiderium tuum. Hic enim curationibus perducta est anima ad desideria bona ut spr̄is & abiectis carnalibus atque terrenis spiritalia ecclesie concupiscat. quō beati quiescunt iustitiam. quia ipsi satia buntur. renouabit ego sicut aquile iuuentus tua. hoc est a uetustate in nouitatem & in uentura a senectute mutaueris ad similitudinem aquile. que deposita alis rorsusq; mutato innouas uires redi uiuo uigore iuuenescit. **Faciens misericordias dñs & iudicium his qui iniuriam accipiunt.** **N**o ut dñs quod in hac uita serui ipsius laboribus iniurijsq; subiecti sunt. sed uult eos esse mitēs esse patientes. quia sicut misericors est ad liberandum ita & iam iustus ad iudicandum. dicens enim omnibus iniuriam accipientibus mihi uindictam & ego retribuā non denegat opem quid enunciat ultionem. facta ergo dñs misericordiam

facit & iudicium sed per fectorum est etiam his qui iniuriam fecerunt
 miseri cordiam magis quam aptare uindictam. **Notas** fecit uassuas
 moysi filius israhel uoluntates suas. **M**agnam mirandamq; misterium *nō by.*
 est ideo datam legem ut crescente peccato humiliarentur superbi humi
 liati confiterentur confessi sanarentur. iste sunt uis occulte quis
 notas fecit moysi. per quem legem dedit. quia peccatum non haberet. ut
 super habundat & gratiam. quam utiq; uiri israhelitae intellexerunt
 eccedente ualente uiderunt. Queratio dispositionum quod consilium
 diunarum fuerit uoluntatem. **Miseratur & misericors dñs Lon**
ganimis & multae misericordie. Quidam longanimum quidam
 habundans quam dñs immisericordia. pluit super iustos & iniustos
 & solem suum oriri facit super bonos & malos parat conceptus parat
 negatus & mauult uitam peccatoris quam mortem quō omnis longi
 tudo patientis eius. eruditio est penitendinis & oblatio correctionis. nec *nō*
 ulla opera ipsius misericordiae uacant quando homini & mansuetudine
 consultit & flagello. **Non in finem irascitur neq; in aeternū indigna**
bitur. **D**iuina bonitas ideo irascitur ne irascatur & misericorditer *nō by.*
 adhibet temporalem seueritatem ne aeternā inferat ultionem. **Non se**
cundum peccata nostra fecit nobis neq; secundum iniquitates nras
r & tribuet nobis. Quō secundum altitudinem celi aetere confir
 mauit dñs misericordiam suam super timentesse. **S**icut caelum in
 quit ptegit terram sic timentes se ptegit. **Quantum distat orientis ab**
occidente longe fecit a nobis peccata nra. **R**egenerationes haec uir
 tus est que homines exuit peccatis & gratias induit donis. ut uetustas occi
 dat & ueritas oriatur facta enim mutatione status innocentia constituit
 in oriente peccata remanent in occasum. **S**icut miseratur pater fili
 orum ita miseratur est dñs timentium se quia ipse cognouit figmen
 tum nostrum. memento quod puluis sumus. **Q**ui per sonam suscipere
 dignatus est patris nihil circa filios non misericorditer facit. flagellet *nō by.*
 adoptatos potius quam deserat abdicandos. Nouit autem ipse quid nos
 facere & de quo lapsu. in quem statum reformauerit. quantumq; nos pul
 uis terrae fragilitatis infirmos. peccatur ergo dñs ut meminerit condi
 tionis humanae id est ut misereri ipsius perseueret quō non ipse obliuiscit
 citur sed uos gratiae eius non obliuiscamur facit. **H**omo tanquam.

foenum dies eius et sicut agri flos ita florebit. **N**on superbiat
homo. cuius dies sunt sicut foenum paululum florens & mox arescat.
sed non desperet homo cuius infirmitas ad virtute suscipitur. Ver-
bum enim caro factum est. ut flos qui in adam erat caducus in xpo est
aeternus. *Misericordia autem dñi a seculo & in seculum super clementes
eum. & iustitia eius in filios filiorum.* **T**imentibus dñm aeterna gau-
dia promittuntur & quia timor obedientiam parit. oboedientia autem
autem mandatorum gignit effectus. ideo iustitia dī hoc est retribu-
tio super filios filiorum qui melius intelleguntur in gemine bonorū
operum quam imple natorum quos multi iusti non habuisse noscuntur
& qui habuerunt non omnes sunt aut in omnibus gloriosi. *Custodi-
entibus testamentum uenturum eius & memoria retinentibus man-
data eius ut facerent.* **I**lle mandata dī memoriter tenet qui quod manda-
tis dī continetur operatur nec falli potest in latitudine preceptorum
cum in duobus mandatis tota lex pendet & pph&e. **D**ñs in glo para-
uit thronum suum & regnum eius omnium dominabitur. **Q**uid aliud
significatur nisi dñi discensio & ascensio & ad sumpti hominis in paterna
sede confessio cui genu omne flectitur caelestium terrestrium & infer-
norum & omnis lingua confitebitur quō dñs ih̄s xps in gloria dī patris
est. **B**enedicite dñm omnes angeli eius potentes uirtutes facientes
uerbum eius ad audiendam uocem sermonum eius. **P**otentes sunt uerbo.
qui uerbi famulantur imperio quia ipsius implentur uirtute cui serui-
unt. **B**enedicite dñm omnes uirtutes eius ministri eius facientes
uoluntatem eius. **V**era est confessio benedictas cum idem sonus
est oris & cordis. bene autem loqui & male uiuere nil aliud est quam sua
se uoce damnare. benedicendus ergo est dñs ipsis maxime operibus
quibus sic deb& uti conscientia ut de ipsis in dño glori&ur. **B**ene-
dicite dñm omnia opera eius in omni loco dominationis eius. **S**icut
nullus est locus qui non dominationi eius subiciatur ita nullus est locus
in quo eius debeat cessare benedictio. **B**enedic anima mea dñm. **I**
Ipsa uersu psalmus conclusus est quo inchoatus ut intellegamus per
seuerari in dī benedictione debere. quae uere continuatur si sine cessa-
tione bene uiuitur. **I**NCIPIT DE PSALMO. C. III.
Benedic anima mea dñm. **S**icut in precedente ita & iam in isto

quis sequitur uox est mem brorum corporis xpi unus est homo & unus
 in una fide unum cor & anima una est. cohortans & excitans se in laude
 di ut in contemplatione creaturarum magnificetur creator. **Dñe**
ds meus magnificatus es uehementer. Magnitudini di nec acce
 dere aliquid nec decedere potest qui quod est incommutabiliter
 semper est. magnificatur ergo non sibi sed nobis. tanto uehementius
 quanto magis se intellectui nostro innotescere facit. ut non illius
 gloria sed iam miratio nostra proficiat. **Confessionem & decorem in**
duisti. Induit se dñs noster confessionem et decorem. id est induit
 se ecclesiam. que per confessionem deposuit fedtatem & accepit de
 corem. ipsa enim confessio peccatorum decus recte factorum. **Cir**
cum amictus lumine sicut uestimentum. Ipsa est uestis eius
 non habens maculam neq. rugam & splendida facta per gratiam que
 & lux uocatur. Dicente apostolo. fuistis aliquando tenebre. nunc aut
 lux in dño. **Extendens celum sicut pellem.** Si figuram celi secundum
 litteram cogitemus in similitudinem pellis extense celeritas quedam de
 monstrata est. quasine ulla difficultatis mora opus suum creator explicuit.
 Dixit enim fiat firmamentum inter aquam & aquam. & factum est sic. Quo
 uerbum dñi celi firmati sunt. & spu oris eius omnis uirtus eorum. Si autem fi
 guratam significationem admittamus inspicere. inuenimus extendis scdm
 caelum sicut pellem cum intellegimus scdm scripturam caelum appellata
 cuius auctoritatem prono quasi firmamentum in ecclesia sua posuit & qui
 super orbem terrarum per ministeria predicationum quasi pelle
 extendit. pellis autem nomine significata est mortalitas ministrorum
 mouente ipsorum opere per quod ubiq. ueritas innotescat et inuisibilitas
 di per uisibilia litterarum elementa intellecta conspicitur. **Qui ponis**
nubem in ascensum eius qui protegit in aquis superiora eius. Et hoc
 secundum litteram bene intellegitur. quia iussit ds ut fieret firma
 mentum inter aquas et aquas factumq. sic. & pars aquarum resedit in terra.
 pars autem est celo super posita remota ab aspectu nro. & fidei comen
 data secundum figuram uero qua scripturam scdm diuina auctoritate
 firmatum caelum accepimus quod super orbem terre sicut pelles per
 famam predicationis extenditur superiora celi protegi aquis in eo
 intellegimus quod in hoc caelo id est in eloquiis preceptisq. diuinis

nihil sublimius caritate que inter omnia di dona super eminet
Diffusa enim in cordibus nostris per spm scm quidatus est nobis que
diffusa aquas sonat de quibus dicitur. & in plateis tuis discurrunt
aque nemo alienus communicet tibi. hec quippe aqua id est caritas di
& proximi. propria & specialis uirtus est piorum atq; scorum cum cedere
uirtutes & boni secularis possint esse communes superioru itaque
caeli his a quis proteguntur quia preceptum caritatis super omnes celos.
id est super omnes libros e. cui militat omnis lingua & omnis doctrina
scorum. protectio aut huius aque sub iectum celum scripturarum non erat
sed sus pendit quia in gemino caritatis precepto tota lex pendet & ex proph & e.

Qui protegit in aquis superiora eius. Impletum est hoc uisibiliter cum
in conspectu discipulorum dñs nube susceptus ascendit in celum. & de
resurrectione apostolus loquens dicit. Deinde nos qui uiuimus simul cu
illis rapiemur in nubibus in obuiam xpo. & ita semper cum dno erimus. Sed
uidendum est que sint ille nubes quibus in caelum diuinarum scripturarum ascen
ditur. predicatoris unq; ueritatis qui corda audientium a terrenis sensibus erigunt.
& ad sublimitatem caelestis intelligentiae subuehunt ab istis nubibus uerbum di
diffundenabus. Uinec dñi sabaoth. quae est ecclesia fecundatur. ut accepta pluuie
edat fructum. & edat uuas non spinices. & non fit talis uinec de qua dicit dñs p pro
phetam. mandabo nubibus meis ne pluant sup eam. & qualis illa cui dixerunt
apostoli ad uos missi eramus. sed quia reppulistis uerbum di in uos ad gentes.

Qui ambulat super pennas uentorum. Potest ad litteram ita accipi ut ue
locitatem uerbi omnia peruagantis in hoc intellegamus quod sup uentoru
pinnas dicitur ambulare quia uelocius nihil nouimus uentis quorum celeri
tas significata est nuncupatione pinnarum sed his pernitiosior est ad nun
ciatio ueritatis que ad tangit a fine usq; ad finem fortiter & disponit omnia
suauiter. Per figuratam autem significationem uentorum nomine non ab
surde anime intelleguntur non quia eiusdem nature sint. sed quia similit
inuisibilis quarum pinnae sunt duo precepta caritatis. quibus ad dnm ten
dunt. sed quia maior et sublimior est di caritas quae dilexit nos. Quam
in eandem nostra dilectio ideo super pennas uentorum hoc est super cari
tatem animarum dicitur ambulare. quia caritatem nostram super gre
ditur caritas di. qui ipsam caritatem qua illum diligimus diffudit in cor
dibus nostris per spm scm quidatus est nobis. **Qui facit angelos suos**

sp̄s **et** *ministros suos ignem urentem siue flagrantem. Secundum litteram non dubitamus esse sp̄s nobis invisibilem ministros dī. quia officio quod agunt angeli nuncupantur sp̄s enim nature. nomen est angelus actionis. Hos itaq; ministros suos dī facit & iam ignem urentem siue flagrantem sicut legimus ignem in rubo apparuisse & missum ignem de super & implese quod preceptum est ministerio executionis angelicę figurę uero spiruales quique in ecclesia sp̄s appellantur qui sunt angeli cum sunt predicatores & nuntii ueritatis. idemq; sunt ignis cum feruent spū & eos quos exhortantur accendunt duplicem habentes efficientiam. ut & inlustrent animas & durant cum ea demui & ardorem uirtutis incutiunt & peccatorum spiritus tribulosq; consumunt.*

Fundauit terram super firmitatem eius non inclinabitur in seculum seculi. De terra ista laboriose adseritur. quod non inclinanda sit in seculum seculi. Cum dicatur sic caelum ex terra transibunt. Nam fundatam eam super firmitatem suam possumus ita intellegere ut illa uis que sustentatur & contineatur firmitas ipsius dicatur que licet abscondita a nobis sit tamen recte creditur insipientia & uirtute creatoris. qui omnia in se firmavit in quo & omnia condidit. Mystico uero intellectu accepimus terram ecclesiam accepimus cuius firmitas & fundamentum eius super quod fundata est terra. xps est fundamentum autem nemo potest ponere. preterquam quod positum est. quod est xps ih̄s a quo fundamento non recedens. Non inclinabitur in seculum seculi.

Abissus sicut uestimentum amictus eius super montes stabunt aque. Terrae nomine ecclesiam intelleximus prophetam que xpm habens fundamentum. non inclinabitur in secula seculi. Uerum tamen diluio persecutio num que abissi & aquarum nomine persignatur. ita circumtegenda indicatur. ut qua si uestimento ab impugnantibus operienda sit populis intantum persecutione crescente. ut & iam super montes id est eminentissimos quoq; sc̄orum attollenda sit oppressio persequentium.

Ab increpatione tua fugient a uoce tonitruus formidebunt. Factum est hoc cum dī conteruit gentes increpationes sue tonitru cessauerunt enim impii ecclesiam premere & montes dī. quorum sublimitas aquis superstantibus obtegebatur isdem aquis recedentibus receperunt eminentiam suam tonante enim dō formidauerunt aque & montes ad diluio exiit sunt.

Ascendunt montes & descendunt campi in locum quem fundastis. Montes elationes aquarum sunt id est fluctus persequentium populorum quicum se urent montes erunt.

sed in crepati quierunt & campi facti sunt fundato ipsis loco in quo cho-
berentur qui locus intellegitur quedam mensura formidinis intra
quam seuentium corda conclusa sunt. ut & iam si adhuc retinent infi-
delitatis suae amaritudinem super dulces tamen aquas id est fideles
populos neque ante eleuari neque reuertentur tegere terram fluctus
illi magni & amari acceperunt modum quem non transgredientur
neque poterunt offerre diluuium. **Qui emittit fontes in conuallibus,**

Super humilem et quidam requiescit spiritus dei & qui credit in me
flumina de ventre eius fluent aquae uiuae. Conualles ergo humilitate
significant. quae numquam sine fonte gratis est. Non est autem in so-
lens. ut qui montes sunt propter sancti spiritus magnitudinem conualles sunt
propter sui spiritus humilitatem sicut apostolus ^{paucis} monstrat dicendo. non autem
ego & habebat fontem dicendo sed gratia dei mecum. **Inter medium mon-
tium pertransibunt aquae.** Montes sunt predicatorum magni quidem
humilitatis conuallibus aquae ueritatis emittunt. De qua habundantia
nihil sibi adscribunt nihil quasi proprium uindiciant. sed communis &
medea est emanatio spiritualium fluentorum aut de aquis id est de predi-
catione nulla sit discordia montium sed pax consensionis & societas ca-
ritatis faciat unum & commune quod perfluit. **Potabunt omnes bestiae siluae.** Vidimus quidem hoc & iam in ista creatura bestiae siluae
bibere de fontibus & deriuis inter montes currentibus sed quia per haec quae
omnibus nota sunt quedam significantur abscondita quibus inuentus
studia spiritualium gaudeat. Bestiae siluae gentes intellegimus quos sepe
inueniuntur inscripturis sanctis gentes indicant nomine bestiarum sicut
congregatae in archa noe totius generis bestiae & discus quatuor lineis
in uisione petri apostoli demissus de caelo omnium plenus animalium
non aliud declaratur quam uniuersi generis homines in unitate ecclesiae
congregandos de his ergo aquis in medium montium pertransibuntibus
id est de doctrina apostolica in medio fluente propter concordiam com-
munionis omnes bestiae siluae. Omnes enim erant in archa omnes in disco
Pertranseuntibus autem sunt aquae istae quae omnis doctrina quae in hoc te-
pore dispensatur transit dicente apostolo & scientia destruetur
& propheta euacuabitur. ex parte enim scimus & ex parte prophetamus.
Cum autem uenerit quod perfectum est quod ex parte euacuabitur,

Suscipient onagri sitim suam. **I**n onagri maiores fortioresque bestiae nominantur quae de aquis praetercurrentibus tantum suscipiunt quantum stant sunt enim aquae istae ita sufficientes ut & parua & magna animalia quantum ex eis desiderauerint hauriant. doctrina quippe apostolica tam salubris tamque uitalis ut pro capite utentium neminem sui demittat exhortem. quia siue paruuli siue magni siue infirmi siue fortiores. habent in ea unde alantur. unde satientur. **Super illos uolantalia caeli inhabitabunt de medio petrarum dabunt uocem suam.**

Sunt quaedam uolatilia quae non habitant nisi super montes & horum nomine spirituales anime significantur aere libero & caeli serenitate gaudentes. quibus tamen habitatio & pastus in montibus est. montes enim sunt prophetae montes apostoli. montes omnes praedicatorum ueritatis & sublimis quique doctores a quibus quis spiritalis est non aberrat sed in eis est cibum & requiem. Tales ergo aues in montibus in quibus habitant inueniunt petras firmamenta quaedam preceptorum sicut enim una illa petra xpi uerbum dei sic multa uerba dei multae petrae in aquarum medio dant uocem suam & illis sonantibus respondeant & resultant petrae. cum disputationibus consonant testimonia scripturarum.

Rigant montes de superioribus suis. **M**ontes isti quae quid de conuallibus suis aquarum fundunt quicquid uocum de medio dant & ram de super acceperunt. & diuina gratia sunt rigati. ut & aquis & uocibus habundarent. quibus & scientes implerent & audientes delectarent & praeferentes quae unicuique secundum mensuram capacitatis suae congruerent.

De fructu operum tuorum dñe satiabitur terra. pro ducens fenum iumentis & herbas seruituti hominum. **N**emo gloriatur in operibus suis quasi de proprio habeat quod habet. sed qui gloriatur in domino gloriatur. Quia non meritorum suorum sed gratiae fructus est unde satiatur. Terra igitur iustificata & supernis rigationibus fecundata pro ducit fenum iumentis & herbas seruituti hominum. ut agri dominici cultoribus semen uerbi seminantibus necessaria praebentur & qui euangelium adnuntiant de euangelio uiuant. Perceptores enim spiritalium debitores sunt carnalium quae foena & herbae nomine significatus sunt.

Nam quis umquam militat suis stipendiis. aut quis plantat uineam & de fructu eius non edet. uel quis pascat gregem & de lacte gregis non percipit. Pre

benda ergo sunt pabula presidentium seruituti quō predicatorēs uerbi
et iumenta ceterū sunt. & quis suscipit iustum in nomine iusti merce
dem iusti accipiet. Quis suscipit p̄phētā in nomine prophete merce
dem prophete accipiet. Et quid dedit calicem aque frigide uni ex his
minimis tantum in nomine discipuli. amen dico uobis non perdet mer
cedem suam. **Vt educas panem de terra & uinum leuifica cor homi
nis.** Terra foenum producat ut panem de terra producat plebes scilicet
sc̄e plebes pie seruentibus sibi seruiunt & prebentes carnalia accipiunt
spiritalia ac predicatoribus uerbi di quiescit panis quid ex celo descendit
per quos adhuc in terra ambulantes & terrenum corpus portantes prop
ter quod & ipsi terra dicuntur. Calyx preda rufus & inebrians ministra
tur ut bibentes sc̄i sp̄s letitia repleantur. **Ut exila recur facies in oleo.**
Gratia quae dam quae est hominum ad homines praecipue ad conciliandum
sc̄m amorem oleum dicitur. In nitore diuino quod totum ungueretur corp
xp̄i qui principaliter unctus et fons huius est olei. **Et panis cor hominis
confirmat.** Manifestauit de quo pane loqueretur. panis enim uisibilis
uentrem satiat stomachumq; confirmat. Iste autem abusus cordis est et
animae foratudo de quo ipse dñs dicit. ego sum panis uiuus qui de celo
descendi. **Saturabuntur ligna campi.** De ista gratia saturabuntur
ligna campi id est plebes iudeorum. **Et cedri libani quas plantasti.**
Saturabuntur haec gratia non solum humiles huius mundi. sed etiam no
biles atq; sublimes qui propter excellentiam suam dicuntur cedri.
sed quas plantauit dñs qui & iam de diuitibus & in laetibus in ultos iustifi
cauit. **Illic passeret nidificabunt. fulice domus dux est eorum.** In istis
cedris libani quas gratia di plantat et satiat nidificabunt passeret hie
licet qui elogerunt humilitatem & relictis que habebant autuendū
nihil sibi in hoc seculo reseruat sed diuitum xp̄ianorum domibus agrisq;
suscepta necessariis solaciis adiuuantur qui tamen licet in cedrorum
altitudine requiescant non ipsis cedris duabus utuntur sed fulice domus
dux est eorum. Domus aut fulice quae marinae auis non est in terra fora
minibus neque in ramis arborum sed in petra quae aqua sit circumdata.
petra uo intelligitur xp̄i qui exemplum patientiae prebuit humilib;
& passeribus suis quorum ipse foratudo ut circum frementibus fluctibus
non moueant & si quid in cedris libani offenderit fulice domum sequuntur.

montes altissimi ceruis p̄tra refugium ericis. Ceruisunt magni & prece-
 pui spiritales. qui mandatorum dei sublimissima queq; sectantur & in mon-
 tib; habitant scripturarum sed & qui excelsu tenerenon possunt. habent
 humilitatissuē refugium adicet sint minutis quibusdam peccatis hispidi
 & spinosi. quod significatum est ericiorum nomine tamen & ipsi suscipi-
 untur ap̄tra. que siue in montibus siue in mari siue in conuallibus omni-
 um est ubiq; presidium. **Fecit lunam in tempore.** Fundauit dñs ecclēsiā
 que per tem potalū transit ad eterna & quamuis ad claritatem destina-
 tasit. per peccem mutationibus tamen dum hic degit obnoxia est. **Sol
 cognouit occasum suum.** X̄ps agnouit passionem suam occasus x̄pi.
 passio x̄pi est. sed numquid sol si occidit ut non oriatur. Numquid qui
 dormit. non adicit & ut resurgat. Quid est autem cognouit occasum suū
 nisi placuit ei ut moreretur. Voluntate enim suscepit crucem & mor-
 tem. & sicut aliena sunt ab eius notitia que ipsi non ipsi non placent
 ita ea que uoluntati ipsius congruunt nouit atque cognoscat. **Posu-
 isti tenebras & facta nox.** Cum passus esset dñs conturbata sunt
 tenebris formidinis corda apostolorum & quedam illic nox facta est
 cum occisus est qui redemptor omnium uidebatur. **Ibi pertransibunt
 omnes bestię silis.** Catuli leonum rugientes utrupunt que remes
 ad o escam sibi. In hac nocte desperata omis & in his tenebris igno-
 rantis insidiabantur bestię silis. id est maligni sp̄s & catuli leonū
 hoc est seuores quique demonum furentes adrupiendos in escam suam
 Quos in tenebris infidelitatis inuenerint. quibus tamen nihil noxię
 inferre possunt nisi dñs permiserit & ideo ab ipso petunt rapiendi po-
 testatem cuius iudicio homo inimicis suis aut castigandus traditur
 aut probandus. **Ortus est sol & congregati sunt & in cubilibus suis
 collocabuntur.** Ortus est sol quia occidit sol. id est x̄ps mortuus ē
 resurrexit & uniuersum mundum claritatis sue manifestatione
 impleuit. & quamuis in cordibus infidelium tenebre perseuerent
 ecclēsiā tamen toto orbe terrarum cui sol est ortus in lumine. Unde
 illi sp̄s. qui ad persequendos x̄pianos impiorum animos incitabunt
 in tanta luce ubiq; preceptis ueritatis seuire non cadent & in sua
 cubilia congregati intra infidelium corda cohibentur. **Exiit
 homo ad opus suum & ad operationem suam usq; ad uesperam.**

Quia modo in pace celestis homodi iustisq; diuersis libera agit
& ad pro futura sibi opera securus egreditur usq; ad uesperam. in
fine enim mundi erat quaedam contenebratio persecutionis extreme.

Qua magnificata sunt opera tua dñe omnia insipientia fecisti.

Admiratio hęc qua magnificentiā stupetur operum diuinorum adu-
tamq; conditionem pertinet id est e mundi huius & celestis quia
temporalium pulchritudo gloriā significat a eternorum & peruisi-
bilia ea que non apparent intellecta conspiciuntur. omnia autem
insipientia fecisti. id est in xpo facta sunt quia est diuinitas & insipientia.

Repleta est terra creatura tua. Late oculis apparēt et multipliciter
spectabilis est pulchritudo mundana que sapientiam & uirtutem suiter-
tatur auctoris sed illam magis creaturam debemus attendere. de qua dicit
apostulus. si qua igitur in xpo noua creatura. uetera transierunt. ecce
facta sunt noua. Venit enim qui renouaret opus suum qui conflaret argen-
tum suum. Qui formaret monetam suam & uidemus plenā terram xpi-
anis in eum credentibus & ad spem noui seculi. relicta preterita uanitate
currentibus. *Hoc mare magnum & spatiosum illic sepulchra quorum*

non est numerus. Licet ad nouum seculum noua creatura pertineat
in hac tamen uita peregrinantur & non potest ad patriam suam nisi
per hoc magnum & iniquum mare inter pericula nauigare insidian-
te innumerabilium repencium dolo. Hoc est multarum temptationum in-
cussu a quibus cauendum est ne dum repunt subrepant & non receden-
do a ligno crucis in quo se uiam hoc mare sub xpi gubernaculis transeat.

Annalia pusilla & magna illic naues commebunt. In hoc mare sunt
infideles sunt. & inter aquas amares sterilesq; uersantur. Pusilla & magna
id est e infirmi & peccati mater istius seculi qui licet xpiane religioni aduersentur
tamen inter ipsos tutus est nostrarum nauium commectus hoc est inter pro-
cellas & fluctus maris gubernante xpo. edesiarum tutus est cursus. **D**ra-
co iste quem formasti ad inludendum ei. In mari isto magno ubi sunt
repencia quorum non est numerus ubi annalia pusilla & magna. Ubi & in
nostrarum nauium commectus ibi est & draco quidem summus inima delectus
iudicio di. ad hoc ex angelo diabolus factus est ut malis & nequitis ipsi
us a se inluderetur. qui etsi indefinenter habet nocendi cupiditatem
nemini tamen plus temptationum potest inferre quam sinitur.

Omnia autem expectant dñe ut des illis cibum In tempore oportuno
 clame te illis colligent **V**niuersis reptantibus cunctis animalibus atque
 ipsi draconi non suppetit cibus nisi quem dñs dederit. Quamuis enim dra
 co semper sit cupidus ad uorandum uorare tamen non potest nisi quod
 dñs iustus ciborum omnium distributor. esui eius addixerit. Ist autem esca
 ipsius terra non igitur edendus dabitur quia terra non fuerit. Hoc est qui
 non se terrenis cupiditatibus acibus que dederit. **Aperiente autem**

te manum tuam uniuersa replebuntur bonitate auertente autem
te faciem tuam turbidantur. **A**peritio manus dñi reuelatio est xpi manus em
 dñi xps est. & brachium dñi cui reuelatum est. Quod cui reuelatur illi
 aperitur cui aperitur bonitate impletur. Utque hanc bonitatem
 desuper accepisse senouerit. Nonnumquam dñs auertit faciem suam
 & qui uidebatur plenus bonitate turbatur ut superbi tam inopiam
 intellegat illam boni habundantiam non sibi fuisse de proprio. **Au**

feres spm eorum & deficient & in puluerem suam reuertentur.
Quoniam se gloria bantur docentur deamescere auferitur ab eis sps
 superbie. ut conuertantur in puluerem suam agnoscentes quod ter
 rae sint et paenitentes quod superbia erint ut rursus bonitate reple
 antur. **E**mitte spm tuam & crecabuntur & renouabis faciem terrae.

Ipsi enim sumus figmentum dicit apostolus creati in operibus bonis.
 quae praeparauit dñs. ut in illis ambulemus ab spu enim dñi accepimus
 gratiam ut iustitiae uiuamus. Dñs enim iustificat impium & renouat
 faciem terrae condens in toto mundo nouam creaturam per spm gra
 tiae ut de deposito uetere homine in nouitate uitae ambulemus.

Sit gloria dñi in caeternum **L**ac & ebriatur dñs in operibus suis. **O**er
 go sit gloria dñi lacetetur in operibus suis quia si quid laudandum si quid
 letandum ab homine agitur opus dñi est et mōnus gratiae eius qui
 auferet spm superbum & dat spm scm. **Q**uia spicit terram & fa
 cit eam tremere **q**uia tangit montes & fumigabunt.

Haec opera di conuertentis auersos ut aspiciat ad terram pftendū
 sibi. ac desuis uiribus psumentem & fauat eam tremere. et hanc sibi
 eē causam tremoris agnoscat quia dñs in ipso operatur ut bonasit
 quos e auertente defecerat. Eodem autem opere continguntur & mon
 tes id est sublimiores quidam & potentiores huius saeculi & fumiga

bunt. id est dabunt deo confessionem & preces ipsorum ad eum quibus
tegitur quāsumus ascendit. **Canta domino muta mea psallendo
meo quamdiu sum.** Omnia inquit ad laudem dei referam. & deum
in omnibus suis sine fine laudabo. **Suaus sit ei disputatio mea ego
autem iocundabor in domino.** Suaus est domino disputatio illius qui per
humilem confessionem se indicat sciendo & a se indicat nesciendo
deus de hac autem tali disputatione oritur delectatio quia confessio
non in se gloriantis in agnitionem dei proficit. **Deficient peccatores
a terra et iniusti ita ut non sint.** Iracundie & odii uideatur esse uox
ista. sed est precipue caritatis hoc enim ait quod & supra uita uferat
spiritus superborum & deficient & mutatur in illos spiritus dei ut fiat noua
creatura deficiente materia non perente substantia. Qui enim cum
esset impius iustificatus est non erit impius sed erit iustus. **Benedic
anima mea domino.** Benedicat fidelis anima in omnibus deo. & qui
gloriatur in domino gloriatur. **INCIPIT DE PSALMO CIII.**
Prius hic psalmus prenotatur alleluia quod est laudate deum. ideo
a laude cepit. **Confitemini domino & inuocate nomen eius.** Lau
date inquit deum. & inuocate semper enim inuocationem debet pre
ire laudatio que hic dicta confessio est. **Adnunciate ingenitib;
opera eius.** Euuangeliste hoc dicitur in propheta ut in uerso
mundo christus adnuncietur. **Cantate ei & psallite ei.** Hoc est uer
bo & opere predicare quo ore canitur manibus autem psallitur.
Narrate omnia mirabilia eius laudamini in nomine sancto eius;
Opera inquit dei confitendo narrate & in operibus uestris sic estote
laudabiles ut etiam laudentur in uobis. **Letetur cor querens deum.**
querens deum & confirmamini. **Deum querens gaudium querit sic
ergo queratur ut non desit sed deo gaudeat & confortetur.** Accedendo
enim ad deum & inlumabitur ignorantia & corroborabitur infirmi
tas data sibi & intelligentia qua uideat & caritate qua seruet.
Querens faciem eius semper. Faciens pro presentia ponitur sicut
facies uenti. & facies ignis presentia ergo dei semper querenda est & p
seueranti studio agendum. ut qui presentem se tribuit non recedat.
**Hoc autem in ista uita fides querit spes inuenit. Caritas uero obtinet
inuita aeterna. Ubi amor uere presentie nec minuitur nec finitur.**

Mementote mirabilia eius que fecit p̄dignū eius & iudicia oris eius
 semen abraham serui eius filii iacob electi eius. **Q**uia multum est
 paucisq; possibile est secundum id sem per dñm que rere
 quod ipse ait. Ego sum dñs quisum secundum iudicium apar uult
 est querendus quod ipse ait. Ego sum dñs abraham & dñs isaac & dñs
 iacob. Hoc mihi nomen est in æternum mementote ergo mirabilia
 eius que fecit quisemen estis abrahæ & filii estis iacob quem elegit
 dñs ut iacobius dñm non potestis desiderare uel secundum ea quecum
 patribus uestris operatus est presentiam ipsius expectatis. **I**psedñs
 dñs noster in omni terra iudicia eius. **M**anifestauit quod hi essent
 filii abraham qui essent filii p̄missionis dicendo in omni terra iudi
 cia eius quia in toto mundo fuerant filii abrahæ quos nunc sermo
 p̄pheticus cohortatur ut meminerint mirabilia uidi. **M**emor
 fiat in seculum testamenti sui uerbi quod mandauit in mille gene
 rationes. Quod dñs posuit ad abraham & iuramenti sui ad isaac. **E**sta
 tuit illud iacob in p̄ceptum & israhel in testamentum æternum. **D**icens
 tibi dabo terram chanaan funiculum hereditatis uestre. **P**ereu que
 transierunt significantur que manebunt & per imaginem ueteris
 testamenti confirmata est promissio hereditatis æternæ per uer
 bum quod mandauit dñs in mille generationes hoc est in omnes.
Nam ut nihil uacui pretermitteret eum numerum possunt ge
 nationum quem constat nec ab ipso adam usq; ad finem mundi
 posse compleri. donec omnes generationes finiatur. que ex habi
 danti millenario numero comprehense sunt uerbum mandatum
 permanet. id est uerbum fidei cui promissa est æterna quod eū
 ut tibi dabo terram chanaan non mandatum est sed promissum
 mandatum autem est ut iustus ex fide uiuat. cui patriæ æternæ p̄
 mittitur nomine cuiusdam terre cuius dum non est propria per
 petua possessio certum est quia alia significatur. **C**um essent nu
 mero breues paucissimi & incole eius. **I**dest in terra chanaan.
Transierunt de gente in gentem de regno in populum alterum. Non re
 liquit hominem nocere illis & corripuit p̄ eis reges. Nolite tange
 re x̄pos meos & in prophetis meis nolite malignare. **Q**uando inquit
 in terra chanaan habitauerunt patres abraham & isaac & iacob.

peregrini erant illic priusquam eam acciperent in hereditatem. & cum
essent paucissimi transierunt de gente ingentem sine noxa. Non enim
permisit deus ut quisquam illis noceret. ita ut ipsa protectio dei dicere
uideatur. Nolite tangere xpos meos & cetera. Quae uerba & si non
sunt in historia fuerunt tamen in ipso rerum effectum cum diuini
tut hoc ageretur in cordibus alienigenarum ut electi dei essent in
leso quidem iam tunc xpi dictis sunt cum adhuc in usu christi non
esset. quia & ipsi in uuebant fideque erat nouissimus tempo
ribus reuelanda. ab initio enim omnibus suis non nisi in xpo iustifi
catio fuit. **E**t uocauit famem super terram & omne firmamentum
panis conuertit. Misit ante eos uirum in seruum uenundatus est
ioseph. Per hanc dispositionem factum est. ut transiret de gente in
gentem. de regno ad populum alterum. Quod autem uocauit famem
non sic accipiendum quasi famem aliquam personam sit uel res substan
tialis & uiuens que imperio uocantis acta sit cum famem nihil aliud
sit quam ex inedia contracta perniciosa sed uocata dicitur est pro
facta uocat enim deus que non sunt tanquam que sunt que non ideo uo
cata sunt id est existere iussa sunt. peream quiescit que futura sunt
meo uero quod misit ante eos uirum in seruum uenundatus est ioseph.

Diligens inspectio necessaria est quia uideamus quomodo malis operibus
hominum bene utatur. cum homines bona opera dei ad instrumentum
malis suis transferunt. **H**umiliauerunt in conpedibus pedes et
ferrum pertransiuit animam eius donec uenit & uerbum eius. Elo
qui uerbum dei inflamauit eum. **C**onpedes quidem ioseph accepisse
non legimus sed dubitandum non est de eo quod licet historia preter
miserit tamen propheta non tacuit. In seruo autem quod pertran
sisse animam eius dixit tribulationem debemus diuine necessitatis
accipere. que tribulatio tam diu mansit. donec impleveretur som
nia que uerbo ipsius fuerant interpretata & per que commenda
tus est regi & iam ipsi futura predicat. Neque autem haec homini
tribuerit non gratie dei congruenter adiectum est. Eloqui uerbum dei
inflamauit eum uel uerbum ipse intellegitur seculo spiritu feruisse.

Misit rex & soluit eum princeps populorum & dimisit eum. Ipse
est rex qui princeps populorum soluit conpedum dimisit in dusa

² quiescit sed ideo et quia uocata sunt.

Constituit eum dominum domus sue & principem omnis possessionis sue
 ut erudiret principes eius sicut semetipsum & seniores eius pruden-
 tiam doceret. **N**ehoc quidem in illa sublimitate ioseph hystoria
 refert quod egyptios ^{senes} sapientia imbuerit spiritualis sed quis fieri possit
 ut ut tantus unus uetus di cultor alendis tantummodo aegyptiorum
 corporibus et solis terrenis rebus prospiciendis esset intentus non
 autem curaret ut eorum quos habebat subditos & iam annos erudiret.

Et intrauit israhel in egyptum & iacob acolia fuit in terra cham.

Quod est israhel hoc est iacob et quod est egyptus hoc terra cham. De
 semine enim cham filii noe exorta est gens aegyptiorum apud quos pe-
 regrinatis sunt israhelites. si autem queratur quomodo de regno in popu-
 lum alterum transisse dicantur cum terram chama an necdum in regnum
 accipissent potest per anticipationem id est proleptice sic dictum accipi
 ut quod futurum erat quasi factum dictum sit. **E**t auxit populum
 suum uehementer & firmavit eum super inimicos eius. **Q**uod bre-
 uiter premissum est firmavit populum suum super inimicos eius tam
 quam quereamus quomodo sit incipit dicere donec id & iam narrando
 deest minus. **E**t conuertit coreorum ut odissent populum suum
 ut dolum facerent in seruos eius. **C**ore egyptiorum nondum depraui-
 uita recto sed cum sponte mali essent & tales ut possent inuidere feli-
 citas modicum illos hebreorum conuertit beneficia sua qua populum
 suum multiplicabat bene faciendo autem suis egyptios ad eorum inimi-
 citias incitauit non ipsos malos faciendo sed istas bona que malos ure-
 rent largiendū. **M**isit moysen seruum suum & aaron in quem ele-
 git ipsum. **P**osuit in eis uerba signorum suorum & prodigiorum
 in terra cham. **M**ulta sine ullis uerbis facta sunt uel uirga uel
 manu extenta uel fauilla in celum missa sed quia illa ipsa que sine
 ipsa que sine uerbo facta sunt non erant ab aliquibus significationibus
 uacua sicut uerba que loquuntur. **I**deo & iam ipsa dicta sunt uerba
 non uocum & sonorum sed signorum & prodigiorum. **M**isit tene-
 bras & obscurauit & non exacerbauit sermone suos. **I**dest mo-
 ysen & aaron egyptii quamuis essent durissimi patienter tulerunt
 donec omnia que eis facere disposuerat complerentur. **C**onuertit
 aquas eorum in sanguinem & occidit pisces eorum. **D**edit terra

eorum raras impetrabilibus regum ipsorum, **U**per bolicos
dictum est tamquam ipsam terram eorum conuertisset in raras, **Dixit**
& uenit cinomua & sanifer in omnibus finibus eorum, **Siquere**
ritur quando dixerit in uerbo eius erat ante quam fieret & sine tem
pore iberat quotempore fieret, **Posuit** pluias eorum gran
dinem ignem conburentem in terra ipsorum. **Et percussit** uineas
eorum & ficulneas eorum & contuit lignum finium eorum,
Hoc in grandinis & fulminibus factum est unde & ignem dixit conbu
rentem, **Dixit** & uenit locustae & bruchi cuius non erat
numerus, **U**na plaga est locustae & bruchi quoniam altera est
parens altera fetus, **Et comedit** omnem foenum in terra eorum,
Etiam faenum fructum est sicut loqui scriptura consueuit quae & iam se
gales frugum fenum appellat, **Et percussit** omnem primogenitum
in terra eorum primitias omnis laboris eorum, **H**ae plaga no
uissima est excepta morte in mari rubro quae plaga cum sint decem
nec omnes commemoratae sunt nec eodem ordine quo in moyses
leguntur libera est enim prophetica laudatio a lege narrationis
historicae, **Et duxit** eos in argento & auro, **D**olus quidem quo
egyptii decepti sunt ut argentum & aurum hebreis descendentibus
darent non ad preceptum nec ad inspirationem dei referendus est
sed per admissionem tantum quae carnales quoque haec de aperi cupidi
tate pateretur. **U**tum tamen habeat aliquid fraus ista iustitiae quae
ab iniquis hoc quodammodo abstulit quod pro mercede multorum
operum debebantur, **E**t non est in tribus eorum infirmus, **E**tiam
hoc magnum beneficium dei fuit ut in illa profectioe nullus esset infir
mus corpore scilicet & non animo, **L**ata est aegyptus in profec
tione eorum quia incubuit timor eorum super eos, **I**ntellegendum
quod hoc tunc factum sit quando oppresso aiquis pharaone cum ex
ercitu suo residui aegyptiorum timere potuerunt ne addidendo eos
dem haebret reuertentur quibus profectis in longinquora causas
habuerunt laudandi, **E**x pandit nubem in protectionem eorum & ig
nem ut luceret eis per noctem, **Q**uae utique caro est quae perditio non que
rulorum sed electorum praestata est ad carnalium munerum conpri
mendae comprimendae quoniam hic spalmus non de eis loquitur in quibus

non est bene placitum deo sed de fide filiorum promissionis propter quos & iam illi uiuebantur. **Et pane celi saturauit eos. Idest manna** Disrupit petram & fluxerunt aquae abierunt in sicco flumina. **His omnibus beneficiis di fidei abraham meritum commendatur.**

Quo memor fuit uerbi sci sui quod locutus est ad abraham puerum suum Et eduxit populum suum in exultatione & electos suos in & ita. **fide** dit illis regiones gentium & labores populorum possiderunt. **Tam** quam quereamus cui bona ista data sint ne hoc ipsud putat & ut sum mum bonum. **Quod ista felicitas** temporalium rerum data est con tinuo eam ad aliud resultat ubi sum mum bonum oportet inquiri. **Et** custodiant iustificationes eius & legem eius requirant. **Ergo** inel legendum est de seruos & electos filios promissionis imitantes fidem abrahae propterea ista bona terrena sumere ad uitionem luxu diffluant siue per uersa securitate torpescant sed deo habeant haec omnia ex diuina misericordia preparata in quibus querendis possent negotiosis simis laboribus occupari ut ad hoc uacent unde bonum ad num possit adquiri. **hoc est ut custodiant iustificationes eius & lege** eius requirant. **INCIPIT DE PSALMO CV. ALLELUIA.**

Confitemini dno quo bonus quo in seculum misericordia eius. **Quo** isti psalmi id est c. iiii. & c. v. uerba se conuincunt ut in uno eorum qui precedit commendatur populus di in electis eius de quibus nulla querella est. & in quibus beneplacitum est deo in isto autem qui sequitur hic commemorantur qui in eodem populo amara uerunt. **Ne** tamen & iam ipsis misericordia di defuit. **Dicuntur** autem ista ex eorum per sona qui uentum conuersi praecantur & exempla commemorantur illorum in quos & iam peccatores diues apparuit misericordiam. **Incipit** ergo iste psalmus sicut ille. **Confitemini dno** sed hi sequuntur & inuocate nomen eius. **hic autem quo bonus quo in seculum misericor** dia eius. **Confessio** igitur peccatorum habet laudationem di. **Quo** qui indulgentiam peccati cum spe debet orare & cum laude eius mise ricordie quam credit aeternam. **Quis loquetur** potencias dmi **auditas** faciat omnes laudes eius. **Quis enarrabit** opera omni po tentis misericordie di uel poterit facere ut omnes laudes ipsius audiantur. **quia & quod ore promittit & quod ore agit in laudem di**

dicendum est atq; faciendum. **B**eati qui custodunt iudiciū
& faciunt iustitiam in omni tempore. **I**ustitia & iudicium tam si-
milia sibi sunt atq; uicina ut quodlibet eorum pro altero possit.
Uerum tamen si proprio & as eorum diligentius seruetur ad sit iudicium
custodire dicendus est qui recte iudicat iustitiam uero facere qui
recte agit. **M**emento nos in dñe in beneplacito populis tuis. **I**dest
ut in eis sonus in quibus beneplacitum est tibi quia non in omnibus
illis beneplacitum est dō. **V**isita nos in salutari tuo. **H**oc est in xpo
tuo in quo peccata dimittuntur & animi saluantur ut custodiant iudici-
um faciant q; iustitiam. **A**d iudicandum in bonitate electorum tuo-
rum ad letandum in leticia gentis tue. **V**isita nos inquit ad iuden-
dum id est in lumina nos nescimus ceci & extra bonitatem electorum tu-
orum quoniam oculi interiores recta uident acquiratē uident
bona concupiscunt. **I**n hac ergo bonitate sue & nos uidere & la-
ri in labia populis tuis. que non est prolepte quia omnes tui non gau-
dent nisi dōe. **U**t lauderis in hereditate tua. **I**dest ut om-
nia bona hereditatis tue quam elegisti & adoptasti actuum
gloriam laudemque referantur. quia quos uisitas in salutari
tuo laudari nisi in tua laude non possunt quia eos laudabiles
facis. **P**eccauimus cum patribus nostris iniuste egimus ini-
quitatem fecimus. **D**upliciter intellegi potest quod pecca-
uerunt posteri cum patribus suis. tanto antiquioribus siue in lum-
bis patrum erant quando illi in aegypto fuerunt quia & leui cum
abraham decimatus est siue quia imitatores fuerunt per simili-
tudinem contumacie & cum illis peccauerunt quos suis moribus
regulerunt. **P**atres nostri in aegypto non intellexerunt
mirabilia tue. non fuerunt memores multitudinis mi-
sericordie tue. **E**t intellectum redarguit & memoriam intel-
lectu quippe uidere debuerunt ad quorum bonorum ablet-
nitatem per illa temporalia uocarentur. memoria uero
ad hoc saltem instrui debuerunt ut mirabilem dī non obli-
uiscerentur cum ad firmationem eorum multum possent
ualere beneficiorum dī fidelis recordatio. **E**t irritauer-
as cendentes in mare rubrum. **A**scendentes dictum est pro

pro terrae positione quae talis est ut discensio dicatur in egyptum
 de terra chanaan & in eam de egypto ascensio. **E**t saluauit
 eos propter nomen suum ut notam faceret & potentiam suam
Et increpauit mare rubrum exsiccatum est. **N**on legitur
 ulla uox facta quasi sic dicitur mare potentia ergo quae id fac-
 tum est increpatione dictum est. **E**t reduxit eos in abyssis sicut
 in deserto. **Q**uia siccitate factum erat sicut desertum ubi fue-
 rant abyssis. **E**t saluauit eos de manu odientium & rede-
 mit eos de manu inimici. **Q**uid pretii datum est in hac redemp-
 tione an prophetica est quod in figura baptismi hoc factum sit ubi
 redimitur de manu diaboli magno pretio quod est sanguis xpi
 unde conuenienter hoc magis maris rubro figuratum est. **E**t ope-
 ruit aqua tribulantes eos unus ex eis non remansit. **I**ta redidit uir-
 tutes eius & cantauerunt laudem eius. **T**alis locutio est cum
 dicitur hanc seruitutem seruauit. uirtutem uero uixit laudem
 laudem uero illam dixit quae cantico exodi continetur. **C**ircose-
 cerunt oblitiscunt operum eius. non sustinuerunt consilium eius.
Festinauerunt beati fieri temporalibus rebus & magis concupierunt
 praesentia quam futura cum debuerint de carnis erga se beneficiis
 intellegere quod ad aliquam sine fine beatitudinem uocarentur.
Concupierunt concupiscentiam in deserto & ceperunt ebriari in aqua
Talis locutio est concupierunt concupiscentiam qualis superior lauda-
 uerunt laudem. **E**t edidit eis praedicationes eorum & misit saturitatem in uentrem
 eorum. **A**nimam hoc loco non secundum id quod rationabilis est dixit sed se-
 cundum id quod animatum corpus anima facit ad carnis animalis susten-
 tationem per cibum & potum. **E**t uirauerunt moysen in castris & aaron
 sem dominum aperte est terra & degluttit dathan & operuit super egregationem
 abiron. **Q**uod est degluttit hoc est super operuit ambo-
 rum autem una est causa ab impium scisma. **E**t exarsit ignis
 in sinagoga eorum flamma combussit peccatores. **L**icet iusti quoque
 & laudabiliter uiuentes non sint absque peccato scriptura tamen pec-
 catores non leuium culparum homines sed multarum facinororum
 & profunde iniquitatis hoc nomine appellare consuevit. **E**t fecerunt
 utulum in choreb & adorauerunt sculptile & mutauerunt

no hoc.

gloriam suam in similitudinem utuli comedentis fenum. **D**iserat
gloria eorum sicut consilium eius sustinerent. cui dicitur gloria
mea & exaltans caput meum. Istam gloriam suam id est dñm. inmu-
tauerunt in similitudinem utuli comedentis foenum; Ut ab eo come-
derentur a quo comeduntur. qui sapienter secundum carnem. Omnis
enim caro fenum. **O**blitisunt dñm qui liberavit eos qui fecit mag-
nalia in aegypto mirabilia in terra chanaan terribilia in mari rubro;
Quesunt mirabilia eadem terribilia nulla quippe est admiratio
sine quadam formidine. **E**t dixit ut dicitur perderet eos sicut moyses
electus eius stetit & inconstatione inconstitutus. **N**on ta-
men dixit inconstatione quasi inconstanter & iram dei sed in plaga qua
erant illi conterendi in qua moyses obiecit seipsum pro eis & demon-
stratum est quantum promissis valeat apud dñm scorum intercessio.
Vt auerteret iram eius ne dicitur perderet eos & pro nihilo habuerunt
terram desiderabilem neque ediderunt uerbis eius. **N**ullomodo
isti culparentur quia pro nihilo habuerunt terram cuius tempo-
rale regnum & iam nos pro nihilo habere debemus. nisi terra illa
quae dicebatur fluens lac & mel magna sacramenta habuisset & signi-
ficationem quod non intellegentes neque desiderantes sed in terrenis
tantum felicitatem suam constituentibus non ediderunt uerbis dei
& pro nihilo habuerunt terram desiderabilem id est aeternam atque
caelestem. **E**t murmurauerunt in tabernaculis suis non exierunt
uocem dñi. **E**t eleuauit manuum suam super eos ut perderet eos
in deserto. **E**t uideceret semine eorum in nationibus & dicitur perderet
eos in gentibus. **E**t considerati sunt belphégor & manducauerunt
sacrificia mortuorum. **E**t irritauerunt eum in aduersionibus suis
& multiplicata est in eis ruina. **S**uspensa fuerat ira iustitiae
& in peccatores dilata uindicta. sed postea quam consecrauerunt
se idolis & manducauerunt sacrificia mortuorum; id est quemor-
tuos hominibus immolabant fornicationi quoque alienigenarum
mulierum miscuerunt multiplicata est in eis ruina ut ob augmentum
geminum geminum grauius uastarentur in qua uastatione dñm
sine eis sacerdos placauit. quia masculum & feminam in complexu ad
ulterius deprehensor pariter interemit & deputatum est hoc ei

ad iustitiam. quia uult dñs quod hoc totus populi caritate fecisset,
Est tunc finees & placuit & cessauit quasi satio. Et reputatum est
 ei ad iustitiam in generatione & generationem usque in semp-
 ternum. Et irritauerunt eum ad aliquam contradictionis & uex-
 atus est propter eos quia exacerbauerunt spm eius. et clisitan-
 xit in labis suis. **S**c̄s moyses percutus batus mur mure populi non
 tenuit fiduciam qualem debuit & dubitantes per eum uirga per-
 cussit. distinguens hoc miraculum ac & etis quasi non possit quice-
 tera fecerat & iam istud efficere. Hinc ergo meruit prior mori
 quam terram se promissionis intraret. Cui tamen dñs tamquam elec-
 tosuo & iam post mortem bonum perhibet testimonium. ut in ille-
 gamus eum huius tantum hereditatis priuatione multatum. Non
 autem illius ad eterne quam significabat temporalis & terrenus pos-
 sessio. **N**on dis perdidit gentes quas dixit dñs illis com-
 mixta sunt cum gentibus & didicerunt opera eorum & seruer-
 sculptilibus eorum & factum est illis in scandalum. **I**llud quod
 gentes non dis perdidit & quod eis permixta sunt factum est illis
 in scandalum. **E**t immolauerunt filios suos & filias suas demo-
 nis. Et effuderunt sanguinem innocentem sanguinem filioru
 suorum & filiarum quas sacrificauerunt sculptilibus eorum.
Historia quidem talium sacrificiorum non meminit sed nemo du-
 biter psalmum uerum narrare. **E**t tunc facta est terra in sangui-
 nibus. **T**ropica locutio est quasi significatur per id quod continet
 id quod continetur. sicut dicimus malam domum in qua mali ha-
 bitant & bonam in qua boni. Interfecta ergo terra in sanguinibus cū
 ipsi queam habitant interfecerunt in omnem & contaminati in ope-
 ribus suis. **E**t fornicati sunt in ad inuentionibus suis. **N**on sic dic-
 te sunt ad inuentiones ipsorum quasi ab ipsis reperte nullo precedente
 quod sequerentur exemplo sed in eo dicitur ipsorum quia illa sua sum-
 tando fecerunt. **E**t iratus est furor dñs in populum suum. **P**er-
 cutio ipse in dñm non cadit sed consuetudine loquendi potentia uindictę
 in declinabilis hoc uocatur. **E**t ab omniatus est hereditatem suam,
 & tradidit eos in manus gentium & dominati sunt eorum quo derunt
 eos. **E**t tribula uerunt eos inimici eorum & humiliati sunt sub ma-

nibus eorum **Q**uando eis hereditatem di uocat non ad perditio
nem sed ad disciplinam haec abominatio fuit ⁺ **S**aepe liberauit
+ fit nō fuit. eos ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo. **P**enitiosum
consilium est hominis est ipsi homini quo eum querit quesiuerunt
non quod ei eadeo exacerbaret consilium dei qui se ipsum suis promittit
hereditatem. ut non temporalibus beati fieri cupiant sed aeternis.
Et humiliati sunt iniquitatibus suis. et uidebantur cum tribu
larentur cum audiret orationem eorum. **E**t memor fuit tes
tamenti sui & penituit eū secundum multitudinem misericor
dientiae. **P**enituit dictum est quia sententiam qua eos puniturus
uidebatur in misericordiam uertit. quod dicit sine commutatione
consilii facit quia & si apud nos quaedam ipsius iudicia & ope
ra uariantur. apud ipsum tamen omnium rerum exitus
prescientem nihil noua dispositione agitur. qui fecit quae fu
tura sunt. cum ergo penituit eum secundum multitudinem
misericordiae suae hoc fecit quod disposuerat ut concederet & quod
se concessurum esse presciera. **E**t dedit eos in misericordiam in
spectu omnium quae perierunt eos. **B**ene hoc ad nos filios promissionis
refertur qui redimuntur per sanguinem christi & eruantur de potes
tate tenebrarum ut resipiscant de diaboli lequeis a quo capti uati
tenentur ad ipsius uoluntatem. **S**aluos fac nos domine deus noster &
congrega nos de nationibus. ut confiteamur nomini sancto tuo & glo
riamur in laude tua. **B**enedictus dominus deus israel a seculo & usque in seculum.
Ide est ab aeterno usque in aeternum quia sine fine laudabitur ab eis de quibus
dicitur. **B**eati qui habitant in domo tua in secula seculorum laudabunt
te. **T**unc enim proficitur quod in primo choro psalmi huius oratio est
memento in domine in beneplacito populi tui uisita nos in salutarituo. ad
laudandum in bonitate electorum tuorum ad laudandum in laude genas tuas & laude
ris eum hereditate tua. **N**on enim de gentibus solas congregat oues quae perierunt domi
nitatis sed etiam illas quae sunt de hoc conuili ut sit uir gregis ut dicitur & uir pastor. **I**udei
uero episcopi ad suum regnum uisibile ista panem prophetae qui uispe inuisibili uerborum
gaudere non in laqueos illius ruitur is deus dicitur. **E**go ueni in nomine patris mei & non
suscepistis me. alius ueni in nomine suo hanc suscepistis. **E**t dicitur omnis populus. **I**de omnis electus
paganorum omnis filius missionis deus exaratione & in proprio genis seu popul. ad qui
sua omni. **F**UAT HAT.

FUAT HAT.

INCIPIT DE PSALMO C. VI. *Confitemini dño quō suauis est qm̄
in saeculum misericordia eius.* **C**onfiteri potest suauitatem dñi qui
gustauit. Nam quomodo dicat suauis est quod nescit. Accedat ergo ad gust
tandum ut possit gustare ad confitendum in saeculum autem. id est in a
ternum est misericordia eius. Quia aeterni erunt quorum in hoc tem
pore miseretur. **D**icant qui redempti sunt ad dño *quos redemit quos
redemit de manu inimicorum de regionibus congregauit eos. abo
riente & occesu. ab aquilone et mero.* **R**edemptus quidem uidetur
isrl̄ de terra aegypti de domo seruitutis sed hic hi uocantur redempti qui
in toto orbe terrarum de macchia et lecta aegypti quae si per mare rubrū
baptismum sacratum xp̄i sanguine liberantur. Dicant ergo xp̄iani
qui uocati sunt de uniuerso mundo. qm̄ suauis dñs et in saecula m̄ae eius.

Errauerunt in solitudine & in siccitate uicem ciuitatis habitationis
non inuenerunt esurientes & sitientes animae eorum inipsis defectit
et clamauerunt ad dñm cum tribularentur et de necessitatibus eorum
liberauit eos. Et duxit eos in uicem rectam ut irent in ciuitatem habi
tationis. **C**onfiteantur dño misericordiam eius et mirabilem eius
filii hominum. **Q**uocies in hoc psalmo repetuntur hi uersus
et miserationum dñi. totiens facta confessio significat unum quemq̄
redemptorum ut perueniat ad perfectam pacem quatuor temptationū
periculis liberari. Nam primum periculum est de uicem ueritate homi
nem in ignorantia solitudine atq̄ errore uersari. Et caritatem cibo potuq̄
sapientiae fame sitiq̄ deficere. sed cum hoc labore fatigatus ex clama
uerit ad dñm. deducatur ad uicem fidei per quam incipiat pergere ad ci
uitatem quietis. & confiteatur dño miserationes eius & mirabilem eius
filii hominum. **Q**uō siccitatis animae. in anem & animae esuri
entem impleuit bonis sedentes in tenebris & in umbra mortis
conpeditos in mendicitate et ferro. quō exacerbauerunt et consi
lium clarissimum irritauerunt. Et humilitatum est in laboribus
eorum infirmati sunt nec fuit qui adiuuaret eos.

Sicut prima temptatio fuit erroris et sumis ignorantiae ueritatis.
ita postea quemquis cognouerit uicem xp̄i. et nosse coeperit quid
sibi credendum qui duae faciendum sit laboribus secunde temptationis
excipitur. Ut cum uult quocsi uiribus suis contra peccata confligere

inueniet cupiditatum difficultatibus. prepeditum & non posse uicem quam
didicit propter conpedes ambulare. Exclamet ergo cum hac tribulatione
et de gratia dei pascat auxilium. ut ruptis uinculis impossibilitatis suae
ad recte agendum accipiat facultatem. quam utiq. posset deus remotis
obstaculis sponte praeuenire nisi ualeat homini experiri infirmitatem
suam et de bonis operibus non in se sed in deo gloriari ut nouerit confiteri
deum miserationes eius cuius munera accipit ut cupiditates suas possit euincere.

Et dicitur deus addidit cum tribulatione eorum et de necessitatibus eorum
seclucebat eos. Et duxit eos de tenebris et umbra mortis et uincula
eorum dirupit. Confiteantur deo misericordias eius et mirabiles eius
filiis hominum. quia contriuit portas aereas et uentos ferreos confregit.

Suscepit eos de uice iniquitatis eorum propter iniustitias enim suas humi
licati sunt. Quia prius quam dominatione peccati per gratiam libera
rentur suam uolebant iustitiam constituere ignorantes dei iustitiam
humilitati ergo sunt per experientiam impossibilitatis suae et inuenierunt
se sine dei adiutorio nihil posse sed terrea eos temptatio suscipit quae infert
fastidium uerbidi. Plerumq. enim quos ignorantiae & concupiscentiae non
eximit in aedice & aedum et fastidii languor occidit nisi forte non est peri
culum quando nec inlectione nec inoratione est delectatio.

Omnem escam abominata est anima eorum & cecidit propinqua uerunt
usq. ad portas mortis. Sicut corpori noxium est corporalem escam
non posse percipere ita anime periculosum spirituales delicias fastidire.

Et clamauerunt ad deum cum tribulatione eorum et de necessitatibus eorum libera
uit eos misit uerbum suum & serauit eos et eripuit eos de corruptela
eorum. Quaedam mentis corruptela est cum seclubria & suauitate non temerantur
ergo & de hoc liberari in celo plurimum est.

Confiteantur deo
miserationes eius mirabiles eius filii hominum et sacrificent sacrificium
laudis & adnuntient opera eius in exultatione. Non cum taedio
non cum merore non cum anxietate sed in exultatione. Verum super est quae
temptatio quae & ad praesidentes et ad subditos pertinet. Quo cum gu
bernator tempestate urgetur. Omnes qui simul nauigant. Eodem
periculo praemuntur & simul in portu sedata tempestate saluamur
demq. sequitur. Qui descendunt in mari in nauibus. facientes
operationem in aquis multis. ipsi uiderunt opera dei & mirabiles

eius in profundo. Quorum ergo opera est. ut populos regant. in profundo
cordis humani tempestates seditionum & dissensionum frequenter exortas.
Quae nauem possint perturbare patiantur & agnoscunt. Ideo dnm sinere ut
haec fiant ut probata manifestiores sint. & ut ipse in pressuris a fidelibus
inuocetur. Dixit & stetit sps procelle. Id est permansit & perduravit
ut turbata uehementius supplicarent. Et exaltati sunt fluctus eius. descendunt
usq. ad caelos et descendunt usq. ad abyssos. anima eorum in malis tabescebat
turbati sunt et moti sunt sicut ebrius et omnis sapientia eorum exorta est.

Qui sedent ad gubernacula & necnem fideliter amant uim huius perturbationis
agnoscunt quo plerumq. talibus scandalis exagitantur ecclesie ut presidentium
cordes deficiant & quid restat nisi quod sequitur. Et clamauerunt ad dnm
cum tribularentur et de necessitatibus eorum eduxit eos. et imperauit procelle
et stetit in auram & siluerunt fluctus eius. et letati sunt quo siluerunt et de
duxit eos in portum uoluptatis eorum. Confiteantur dno miserationes
et mirabiles eius filius hominum. Vbiq. omnino confiteantur dno non
merita nra. non uires nrae. non sapientia nra sed miserationes eius ille
ametur in omni nra liberatione qui est inuocatus in omni tribulatione.

Et exultent eam in ecclesie populi et in cathedra femorum laudent
eum. Iam ergo dubium non est quod omnes supra dicte temptationes
tribulationes liberationes in ecclesie agantur. quid ergo in hac ecclesia
operatus est dms. nisi ut superbis resisteret humilib. autem daret gra
tiam. qui iudeos extolentes se degenerare abrahe et de legis eloquiis
spreuit et amputatis naturalibus ramis oleastrum oleae inseruit et de omnib.
gentibus abrahe spirituale semen elegit. Posuit flumina in desertum
et exiit aquarum in sitam terram fructiferam in scelinis amaltia
in habitantium in ea. Propter hanc superbam malitiam iudeos
deseruit gratia et facta est terra eorum sterilis atq. deserta quae
omnis propheta omne sacrificium omnia ibi sacramenta cessauerunt
et ad humilitatem gentium transierunt. Posuit desertum in
aquarum et terra sine aqua in exitus aquarum. et habitare fecit
illis esurientes. Opera gratiae narrantur quae effusa est in nationes
inmundas prius atq. desertas et acutis ueritatis alienas.

Et constituerunt ciuitatem habitationes. Quo celestem hierusalem iam spon
te obtinet qui fide iustificatus est. Et seminauerunt agros et plantauerunt

uineis et fecerunt fructum frumenti. De quo quidam ille operarius
qui dicit. non quia quero datum sed requiro fructum. **Et benedixit**
eos et multiplicati sunt nimis et iumenta eorum non sunt diminuta.

Iumenta et pecora dicuntur in ecclesia simpliciter ambulantiæ sed ita licet
non multum docta sed fide plena. Ergo et spirituales et carnales benedixit dñs
et multiplicauit ita ut non minuerentur. **Et pauci facti sunt et uexati sunt.**

Ecclēsie catholica in electis suis præcognitas ad filius promissionis membris
corporis xpi. non minuitur nec ad paucitatem redigitur. quia ipsi uero sunt
aut cum lapsi fuerint reparantur ac ipsi permanent et semper multi sunt
quia de numero eorum nihil perit quia ergo in hac sollicitudine æternæ mul-
titudinis aut non introierunt. aut cum uiderentur introisse ab eadem recesserunt.

Ipsi pauci facti sunt quia ab ille quæ permanet multiplici unitate diuisi sunt.
numquam enim multi sunt qui ad non esse tendunt. et quid tam obnoxium paucitati

quam quod est debitum perditioni. **A**tribulatione malorum et dolorum
effusus contemptus est super principes. **H**eretici et schismatici ab ecclesia
reprobati. & ideo magis contempti quia principes esse uoluerunt. **Et seduxit**

eos in inuio et non in uice. Illi qui ad ciuitatem habitationis tendebant directi
sunt et deducti. Isti autem ciuitatem sciam id est ecclesiam catholicam deserentes
per erroris sui inuiam abire permisi sunt et suæ sunt traditi uoluntati
dñs enim non deceptionis malignitates educat sed lucidæ ueritate discernerit.

Et adiuuit pauperem de mendicitate. **P**ocuper et mendicis est ille qui
nihil sibi tribuit sed totum de misericordia xpi expectat ante dominicam
ianuam cotidie clamans et pulsans ut ei aperiantur et ut eius nuditas uesti-
atur. **E**t posuit sicut oues familias siue patricem. **H**unc quæsi
unum pauperem et unum mendicum adiuuit dñs cum quæ in familiis
multiplicauit. id est unam ecclesiam unam plebem unam ouem in latitudine
totius orbis extendit. **U**idebunt recti et iocundebuntur et omnis
iniquitas oppilauit os suum. **I**niquitas illic garruens contra unitatem
conuicta ueritate obstruet os suum non habebens quod loquatur.

Quis sapiens et custodiens hæc et intellegit miserationes dñi.

Quid custoditurus est sapiens nisi ut sit pauper non diues id est non sit
superbus non sit inflatus quia hæc custodiens intellegit miserationes
dñi. non merita succi non uires succi sed miserationes dñi quæ errantem
et egentem inuicem deduxit et pauca qui pugnantem aduersum difficultatem

peccatorum & colligatum unculos sollicitudinis soluit & liberauit. quicq; fasti-
 dio languentium et bene morientem misit uerbi sui succurrere recreauit
 qui periditatem inter naufragia scandalorum ad discrimine meorum
 in portum deduxit tranquillitatis qui eum demiq; constituit. in eo populo
 ubi humilib. deca gratiam. Non in illo ubi superbis resistit. Et fecit eum
 suum ut intus manens multiplicaretur. non ut foras exiens minueretur.

INCIPIT · DE PSALMO · C · VII ·

Psalms autem. c. vii. Præter missus est. quicq; in postremis quinquage-
 simi sexti. et in quinquagesimo nom. uideatur expositus.

ITALY · INCIPIT · PSALMVS · C · VIII ·

Dis laudem meam netaueris quicq; os peccatoris et dolosi super me
 apertum est. **P**salms istum de xpo habere prophetam quis quis
 actus apostolorum fideliter legit agnoscat ubi euidenter ostenditur. de
 iude traditore dñi pphoetatum quod hic scriptum est. fiant dies eius
 pauci et episcopatum eius accipiet alter. sed si de uno illo omnice quae
 hic in caelo dicta sunt. Conemur accipere ex positionis ratio uacilla-
 bit. melius ergo uniuersae darebunt si quaedam ad omne genus inimicorū
 xpi. Quorū iudas primatum gerit quaedam autē ad ipsē iudam proprie
 pertinere intelleguntur. Vox ergo dñi est. dis laudem meam
 netaueris. laus uero ipsius et maxima est. quicq; hoc ipsud quod
 est unigenitus dñi filius predicatur. Contra quem os dolosi et peccato-
 ris erupit cum uirtus mea infirmitatis carne uergeretur.

Locuta sunt aduersum me lingua dolose. Tunc utiq; quocūq; ^{cum} quā
 magistrum bonum captiosa adulatione laudabant. **Et sermonibus
 odii circum dederunt me et expugnaverunt me gratis.**

Illi qui dolose antea loquebantur postea in me aperti odii uocibus
 feuerunt gratis. Quicq; causam inimicitiae non habuerunt nisi
 iniquitatem suam. et nullo sibi proposito commodo gratuito maligni
 et crudelis fuerunt. **Pro eo ut diligerent me detrahebant
 mihi.** **N**on per uim aliquid putari debet. quicq; non ut pro
 eo ut diligerent me interficiebant me. sed detrahebant mihi. Ideo
 quis pe inter ficerunt. quicq; detraxerunt negantes filium dñi
 et dicentes. quod in principe demoniorum erat demonice. et demoniū
 habet et in se. Quideum uidetur. et cetera talia. quae detracta

one uerrebant. ab eo illos quorum conuersionem ille querebat / quod nocen-
tius erat / quā quod mox resurrecturum parabant occidere. **Ego autē**
orabam. **N**on quidem dixit. quid orabat. sed illud intellegimus quod
in cruce pendens. ut. Pater agnosce illis. quia nesciunt quid faciunt. Quē
bene intellegitur pro discipulis suis orasse. quod etiam ante passionē suam dixit.
ne deficeret fides eorum. quando ipse fixus in ligno non utebatur potentie
sue / sed patientiæ præbebat exemplum ne inimicos suos diuine potesta-
te delendo. ad hoc nos edificaret ut impatienter festinaremus. de his
quos malos patimur uindictari. Cum scriptum sit. meliore patienti
quā fortis. **Et posuerunt aduersum me mala pro bonis et odium**
pro dilectione mea. **Q**uam uis uoluntarie sit poena patientis. hoc
est tamen maximum persequentium crimen / quod bonitati malitiam
& dilectioni odia reddiderunt / proinqua impietate quid recepturi sint op-
tantis similitudine incipit prophetae non autē poenam reorum concupiscit
dicit tãquā existuari desiderans ultione. sed quod iustum est cum tranquil-
litate disponit ut etiam mali non sint inordinati. **Constitue super eum**
peccatorem et diabolus stetit ad dextris eius. **C**um superius querella
de pluribus fuerit. nunc de uno loquitur psalmus / et in unius intellectam
persona ultio futura disponitur. Non quia illa extra supplicium sint
futuri. sed quia incipit sceleris bene fertur sententia quæ consortes
impietatis non mittit in ultione / quos dānat in principe. Quid est ergo
constitue super eum peccatorem nisi ut et diabolus præ sit cui ipse se subdidit.
et ipsum in dextris habeat / qui in e legit. quia unicuique. siue in bono siue
in malo hoc fiet dextrum quod omnibus præfert. **Cum iudicatus exeat**
condemnatius et oratio eius fiat in peccatum. **I**udeus non potuit orare
per eum quem uendidit. Oratio quæ non fit per xpm non solum non potest
deleat peccatum sed etiam ipsa fit ad peccatum. **Fuit dies eius pauci.**
Idest apostolatus eius. **Et episcopatum eius accipiat alter.** **H**oc itaq.
factum est ut prophetatum est. actus apostolorum loquuntur.
Fuit filiorum et uxor eius uidua. **M**ortuo ipso utrumque factum est.
Nutantes trans ferantur filii eius et mendicent. **N**utantes incerta
quo erant. **F**iciantur de habitationibus suis. **H**oc est quod supra
dixerat trans ferantur. **S**eruetur fenestrorum omnem substantiam
eius et diripiant alieni labores eius non sit illi adiutor nec sit qui misere

reatur pupillis eius. **I**dest nec adiutorem habent nec tutorem. **F**iam nati eius in interitum in una generatione deletur nomen eius. **I**dest
 ut quod de eo generatum est iam non generet cito transeat. **I**n memoriam
 redat iniquitas patrum eius in conspectu domini et peccatum matris eius non
 deletur. **S**i uideret in eo ad quod uocatus est. nullomodo ad eum
 uel sine praeterita uel parentum iniquitas pertineret. quia autem non tenuit
 adoptionem in familia dei. sed iniquitate potius uestigiis generis elegerit.
Redat iniquitas patrum eius in conspectu domini. ut in eo etiam ipse puniretur.
 et peccatum matris non est in eo deletum. **F**iam contra dominum semper et dispe
 rat de terra memoria eorum. **F**iam contra dominum dixit. non ut domino aduer
 serentur. sed ut sint in conspectu domini. ne ulla meriti ipsorum fiat obliuio.
Dispergat autem memoria eorum in eo. Ut nomen ipsorum nulla succedente gene
 ratione deficiat. si autem quaeratur. an credibile sit. miseria uiuentium posterioz.
 ad poenam mortui pertinere. sequestrata omni disputatione. quae de hac re
 multiplex oritur. Recte credimus haec quae per spiritum sanctum propheta sunt
 accidisse ac si possit asseri. quod defunctos uirorum poena non cruciat. **I**n iudicio
 tamen sceleratissimum eorum damnationem esse placet. ut inter supplicia sua.
 & cum suorum miseria infelicioz fieret & generationis suae semper doleret in te
 ritum. haec sane omnia quae in iudicio dicta sunt. & iam in iudeorum popu
 lum prophetate intelleguntur. Quia & super ipsum constitutus est peccator. id
 est diabolus cui se subdidit. & idem factus aduersus eum quem protulit saluatore. &
 ipse in iudicio condemnabitur. quia perseverando in impietate thesaurizat sibi
 iram in die ire. & oratio eius fiat in peccatum. quia non fit pro medico dei & ho
 minum. hominem christum ihesum. & sacerdotem in aeternum secundum ordinem melchisedech.
Et facti sunt dies eius pauci. Quod de regno ipsorum accipiendum est. quia non du
 m conseruit post crucem christi. **E**t episcopatum eius accipiet alter. Quo qui non uenerit
 nisi ad ues perditas domus issabel. respuerunt. facti sunt quoque filii eius & fratres. **E**orum
 de quibus dictum est. filii autem regni ibunt in tenebras exteriores. Qui utique dominum patrem
 bene intelliguntur omisisse. qui enim filium non habet aut ueritatem nec patrem
 habet. **E**t uxor eius uidua. Uxor regni plebs intelligi potest. quae amissa ipsa
 regno uidua facta est. Nutantes translatisunt filii eius & mendicant. Nutantes
 quippe periculis debellati sunt filii ipsius regni qui ostenduntur mendicare.
 quia non dubium est eos ad alienam misericordiam uiuere. **E**uciantur inquit
 de habitacionibus suis ita factum est. **S**eruetur fenerator omnem substantiam ei.

ut scilicet omnis uita eorum quae substantiae nomine significata est inquiratur. Et nullus debiti id est peccati eorum remissio fuit. quia illum respicerunt in quo solum est obolitio peccatorum et diripiunt alieni labores eius. dicebolus et angeli eius rapiant fructus operum sibi impensorum. Non sit illi adiutor. a quo enim uiuari potest qui non habet xpm. Haec sit qui miseretur pupillis eius. quia missio do patre cuius filium persecuti sunt. non habent qui eorum miserentur. Non ad temporalem uitam sumenda uel sustentanda sed ad ueram uitam id est aeternam. Fuit nati eius in interitum. Utique sempiternum. In generatione una deletur nomen eius. quia generati sunt non regenerati. Ideo in una generatione deletur. In memoriam redit iniquitas patrum eius in conspectu dñi. ut reddat eadem populo dñi. per se uerant in malitia etiam patrum iniquitatem. Peccatum matris eius non deletur. Peccatum in hierlm quae seruit cum filiis suis. quae interficit prophetas et lapidabat missos ad se. Fuit contra dñm semper. iniquitas et peccatum eorum a conspectu dñi. non auferatur do in aeternum uindictam et disperdat de terra memoria eorum. Terra di ager di. Ecclesia di est. de qua terra perit memoria eorum. Quia cum essent rami naturales. propter incredulitatem fracti sunt. **Propter quod non est recordatus facere misericordiam suam.** Sive iudas sive ille populus sed melius de populo accipitur. qui recordari potuit penitendo quod occiso xpo factum in discipulos et membra eius seruire non debuit. **Quia persecutus est hominem pauperem et mendicum.** Non enim dedignatus est dñs pauper fieri. cum diues eēt ut illius paupertate nos ditaremur. **et dicitur autē in eo intellegi potest quod samaritane mulieri dixit.** Da mihi bibere. uel quod in cruce ait. quae uerba tāquam indigentis sunt. **Et compunctum corde mortificare.** Cordis compunctio quae proprie ad conuersos a peccatis pertinet non conuenit xpo qui solus exiit absq. peccato in membris itaq. suis penitentiam agentibus et ad caput suam compunctione redeuntibus ipse quoq. erat compunctus corde quia non abiecit ac ipse quod gerebatur in corpore in quo usq. in finem patitur persequentis. **Et dilexit maledictionē et ueniet ei.** Qui quā et iudas maledictionē dilexit ut uendendo atq. tradendo ipsum benedictionis auctorem. aperius tamen ille populus maledictionem dilexit. quando dixit. Sanguis huius super nos. et super filios nostros.



Et noluit benedictionem et elongabitur ab eo. Et iudas quidem benedictione abiicit in xpo secl. apertius eam populus refutauit quando illi inluminato dicenti numquid et uos discipuli eius uultis fieri. Respondit. uisus discipulis eius. et longe facta est ab eo benedictio quia transiit ad gentes. **E**t inclat maledictione sicut uestimentum. **S**icut iudas. sicut ille populus. **E**t intrauit sicut aqua in interiora eius. **E**rgo et foris. et intus foris. sicut uestimentum intus sicut aqua quom in eius incidit iudicium. qui potest et corpus et animam occidere in gehennam. **E**t sicut oleum in ossibus eius. **O**stendit impium hominem uel populum cum uoluptate mala facere et iniquitatem intus quasi aqua foris quasi oleo delectari. quae actio ideo maledictio dicitur quia talibus dicitur aeterna tormenta denuntiat. **F**iat eis sicut uestimentum quod operiretur. **A**pertior malitia est qua se peccator quasi pallio tegit et inde operatus uidetur. unde etiam in oculis hominum gloriatur. malum se dissimulans. sed ostentans. **E**t sicut bona qua semper praecingitur. **M**aledictionem se praecingit quia malum non repentinum sed dispositum adgreditur. **E**t ita discit male facere ut semper paratus sit. **H**oc opus eorum qui detrahunt mihi apud dnm. **Q**uis iam quidem detrahunt xpo ipsum quem lex dnm. et prophetae. praenuntiarunt. **E**t qui locuntur mala aduersus animam meam. **N**egando cum posse resurgere. cum dicit. potestatem habeo ponendi animam meam. et potestatem habeo iterum sumendi animam meam. **E**t tu dnm dnm fac mecum. **Q**uidam subaudiendum putarunt mnam quidam et addiderunt sed emendatiores codices sic habent. **E**t tu dnm dnm fac mecum propter nomen tuum. **U**nde intellegendum est. **I**deo dixisse filium patri fac mecum quia eadem sunt opera patris et filii quod etiam misericordia sentiri potest. sequitur enim. **Q**uia suauis est misericordia tua. **Q**ui amorem cordiam recte intellegimus. et patrem et filium simul facere in uasa misericordiae. **P**otest autem et sic intellegi. quod ait fac mecum ac si dixisset adiuua me. **P**ater quippe adiuua filium in quantum dicitur hominem propter formam serui. nam in ea forma in qua aequalis est patri. non indiget adiuuari. quia utriusque unum opus est. et pariter. inseparabilis potestas egestas et paupertas suscepta infirmitatis est. ex qua crucifixus est. **L**ibera me quia egenus et paupertas ego et cor

meum turbatum est in me. **S**ecundum illud quod propinquante passione
ait. Tu est anima usque ad mortem. **S**icut umbra cum declinat abla-
tus sum. **I**n hoc ipsam mortem significauit sicut enim ex umbra decli-
nante fit nox ita mortali carne fit mors. **E**xcussus sum sicut locuste.
In hoc in mebris eius conuenientius intellegimus. excussi enim id est
fugati sunt a persecutoribus fidelibus eius. quorum uel multitudinem
significare uoluit nomine locustarum uel quod transierunt de loco
in locum. **G**enua mea infirmata sunt pro ieiunio et caro mea immutata
est propter oleum. **P**ropter oleum propter gratiam spiritalem
quia caro eius mutata est per gloriam resurrectionis. **C**umque ascen-
disset ad patrem misit spiritum sanctum ad iungendos credentes. quorum sta-
bilitas. quae ablato sibi pane id est christo quasi ieiunio fuerat infirmata.
Accepto dono spiritus sancti ualida effecta est ut in suis afflictionibus non uince-
retur. quae in domini passione defecerat. **E**t ego factus sum obprobrium
illis. **P**er mortem crucis christus enim nos redimet de maledicto legis factus
pro nobis maledictum. **V**iderunt me et mouerunt capita sua.
Quia uiderunt in ligno pependisset et non uiderunt de sepulchro resurrex-
isse. **A**diuuia me domine deus meus saluum me fac propter misericordiam tuam.
Hoc & ad caput referendum est propter formam serui et ad corpus propter
seruos. **P**otuit enim et ipse dicere deo adiuuuia me et saluum me fac. in
quibus seruo dixerat. quid me persequeris. quod uero ait. secundum misericordiam
tuam gratuita gratiam commendauit. **E**t sciunt quia manus tua haec
et tu domine fecisti eam. **D**e eis dixit sciunt pro quibus facientibus.
et orauit quia inter illos erant etiam hi qui in eum postea crediderunt.
manus autem dei christus est. sicut dictum est. et brachium domini cui reuelatum
est. haec ergo manus erat et fecit eum. quia in principio erat uerbum
et uerbum caro factum est. **M**aledicent illi et tu benedixit. **U**na est
ergo maledictio filiorum hominum diligentium ueritatem et quaeren-
tium mendacium. deus autem cum benedixit facit quod dicit.
Qui insurgunt in me confundentur. **Q**ui se aduersus me proficere
arbitrantur. cum exaltatus fuero. super caelos et effusa fuerit super
omnem terram gloria mea confundentur. **S**eruis autem tuis laeta-
bitur. **S**ive in dextera patris siue in suis membris et nunc in spe
et post in aeternum. **I**nduantur quid detrahunt mihi pudore.

Idest pudet eos detraxisse se mihi sed hoc potest bonum esse correctis.

Et operantur sicut deplouide confusione sua. Deplouide pallium duplex est ^{de} nuntiat confusio. hoc est intus et foris. coram deo scilicet et coram hominibus. Confitebor dno nimis in ore meo et in medio multorum laudabo eum. In medio multorum laudabo eum accipi

potest xps quia ipse in ecclesia presens est usque ad consummationem saeculi. In medio autem esse dicitur cui praecipuus honor prebetur. Si uero cor hominis quasi medium eius est. rectissime intellegitur. Quod in multorum cordibus id est in multorum medio laudaturus sit dnm. habitat enim xps per fidem in cordibus nr̄is. et ideo ait in ore meo. Idest in ore cordis mei quod est ecclesia. **Qui ad sistit ad dextris pauperis ut salua faceret a persequentibus anima meam.**

De uida dictum erat et diabolus stetit ad dextris eius. qui suas diuitias uolebat augere xpo uendito. hic autem dñs ad sistit ad dextris pauperis. ut diuitiae eius sint ipse dñs salua fiet autem persequentibus anima. si non eis consentiatur ad malum. non autem eis consentiatur. Cum dñs ad sistit ad dextris pauperis. ne ipsa paupertate id est infirmitate succubat.

INCIPIT DE PSALMO. C. VIII.

DIXIT dñs dno meo sede ad dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Dñs nr̄ ih̄s xps cum a deis quereret cuius filium esse dicerent xpm. et respondissent dauid. continuo respondenti bus. ait. Quomodo ergo dauid in spū. dicit eum dnm.

Dixit dñs dno meo. sede ad dextris meis. Donec ponam inimicos tuos. si ergo in spū uocat eum dnm. quomodo filius eius est. Iudei sub hac interrogatione tacuerunt ipsum quoque esse dnm et filium dauid non agnouerunt nec agnoscere uoluerunt et maluerunt inflata tacuitate dirumpi. quia humili confessione eruditionem mereri. Hos autem euangelio ipsius ueritatis edocti. nouimus ih̄m xpm. et dnm esse dauid secundum quod in principio erat uerbum et uerbum erat apud dnm et alis erat uerbum. hoc erat in principio apud dnm. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil. et filium esse dauid secundum quod uerbum caro factum est et habitauit in nobis. Nouimus dnm dauid. quia cum esset in forma di. non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. et nouimus filium dauid. quia semetipsum exinamuit formam serui accipiens. hoc

ergo et dauid ipse in spiritu uidentis. initio psalmi huius effectus est dicens.
Dixit dominus domino meo. sedle ad dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum. Sed et autem christus ad dexteram patris post resurrectionem
onem amouit. et ascensionem in caelo. Unde etiam corpore quo erat christus
filius dauid factus dominus dauid. Illud enim quod natum est ex semine
dauid ita honoratum est ut ei cum esset filius esset et dominus secundum hanc
enim dispensationem etiam ab apostolo de christo dicitur. Propter
quod eum exaltauit amouit et donauit illi nomen. quod est
super omne nomen. Ut in nomine ihesu omne flectatur caelestium
terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur quod dominus
ihesus in gloria dei patris est. Sed et autem dominus ad dexteram patris. et
inimici eius subiciuntur sub pedibus eius. Omnes enim qui eum aduersa-
tur. Erunt ei subditus aut per correptionem. aut per condemnationem.
nam necesse est. ut omnis. aut adoptatus. aut uictus sub pedibus eius sit
sive per gratiam. sive per poenam. **Virgam uirtutis tuae emittet dominus
ex sion.** Quae est sion ipsa est hierusalem ex qua pronuntiatum est emittenda
uirga uirtutis christi. Id est regnum potentiae eius. quod regnum
incipit a christo. et non habet finem. nam secundum quod est uerbum
patris unius dictum et omni potentiae semper cupere regnauit.
hoc est ergo regnum quod mediator dei et hominum. homo christus adqui-
rit incipit ab hierusalem quia inde in totum mundum uirtus et potestas
euangelice praedicationis emissae est. **Dominare in medio inimicorum
tuorum.** Tum quid filii dauid et domine dauid in medio paganorum
in medio iudeorum in medio hereticorum et in medio factum falsorum
dominare quod fieri cotidie uidemus donec impleantur tempora
gentium. Caecitas enim ex parte israhel facta est donec plenitudo
gentium intraret. et sic omnis israhel saluus fieret et dominaretur
christus in medio inimicorum suorum. **Tecum principium in die uir-
tutis tuae.** Dominus interrogantibus quis esset respondit. principium
qui et loquor uobis. hoc est ergo qui loquor uobis principium
sum est autem et pater principium in quo principio erat uerbum
et uerbum erat apud deum. Numquid ergo quia pater principium
et filius principium duo sunt principia. absit. Sicut enim pater
deus et filius deus. pater autem et filius non duodiu. sed unus est deus. sic pater

principium. et filius principium. Pater autem et filius non duo principia
sed unum. Tecum ergo principium in die uirtutis tuae in die qua uidebitur
quomodo queritur. Quia uis enim etiam in forma serui. ipsa nulla naturae
infirmis susceptio non caret uirtute diuina. quō et in firmum tuum
fortius est hominibus et in uirga uirtutis tuae dominaberis in medio
inimicorum tuorum. Veniet tamen dies ille quo omnibus dispensatio
nibus temporalibus peractis. atq. finitis manifestabis te scīs tuis et in
illa eis apparebis gloria in qua aequalis es patri ut uideant tecum
principium in die uirtutis tuae. **In splendoribus scōrum.**

Praesens uita scōrum. quā uis gratia floreat. quā uis moribus nitescat non est
in splendore quia nondum exempta est a corruptione. Cum ergo xps
apparuerit xps uita scōrum. tunc et ipsi apparebunt cum illo in gloria.
Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. id est in uita aeterna.

Ex utero ante luciferum genuit. **S**idella generatione hoc dictū
est quia ex patre dō genitus est dñs filius. ex utero significat ex secreto
ex occulto de ipso patre de substantia patris ante luciferum uero ante
ante tempora. Per luciferum enim uipote per fulgentissimum sidus.
tāquā a parte totum omnia sidera significata sunt. quae in hoc facta sunt.
Ut sint in signis et temporibus. et in diebus et annis. Quod est ergo ante luciferū.
hoc est ante sidera. et quod est ante sidera. hoc ante tempora. atq. ideo
ex aeternitate. si uero hoc ex persona prophete dictum est. qui ait. dixit
dñs dño meo sede ad dextris meis. Non est dubium illam natiuitatem
significatā. quia dñs dauid filius est dauid potuit enim dicere dauid ppter
propaginem qua de ipsius stirpe maria uirgo descendit. ex utero genuit.
hoc est ex utero uirginali ex utero. quo masculus non accessit. In quo sola
fuit conceptio matris. sine semine genitoris. et conuenienter dictum
est ante luciferum. quia ex ortum diei natus est dñs. hoc indicantibus.
testimonius pastorum qui uigilias exercebant super grege suum.

Iurauit dñs et non penitebit dñm tuus sacerdos in aeternum scđm
ordinem melchi sedech. **S**inatum ex utero uirginis ante luciferum
intellegimus saluatorem exinde procul dubio sacerdos est in aeternum
secundum ordinem melchi sedech. Nam scđm quod dñs natus ex patre
est gignenti co. aeternus et aequalis non est sacerdos. Iurauit ergo dñs
hoc est cum constitutione promisit. et non penitebit eum. hoc non mutabit

consilium non aliud faciet. nec unquam ei haec sententia displicebit. tu es sacerdos in aeternum hoc est non finitur sacerdotium tuum. Nec sicut aaron ordo cessauit. Ita etiam tuum pontificatum commutabitur sacerdotum tuorum non erit finis sed secundum in aeternum melchisedech. hoc est secundum mysteria quae per eum declarata sunt permanebit. **Dñs ad dexteris tuis conquis fabit indiae irae suae reges.** Ad ipsum dñm quid dixit dño sede ad dexteris meis. prophetae sermo directus est. ipse inquit dñe. curasti. tu es sacerdos in aeternum. **Dñs ad dexteris tuis qui conquis fabit indiae irae suae reges.** Illos de quibus dictum est. Adstiterunt reges terre et principes conuenerunt in unum aduersus dñm et aduersus xpm eius.

Quicumque enim talium qui xpi. uum nomen oderunt in sua impietate persistunt. iam quidem conquisati sunt nec potuerunt efficere quod uolebant sed in die irae id est retributione iusti iudicandi penitus conterentur.

Luchicauit in gentibus replebit ruinas. Qui in superbiam eriguntur et in sua elatione persistunt sic destruentur ut non aedificentur. non enim desinunt destrui quinon desinunt eleuari. qui autem per humilitatem cadunt et se prosternunt. ut fiant sub pedibus eius. quid dixit dñs sede ad dexteris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. reparabuntur in integrum. quia non damnauit has ruinas dñs sed repleuit quod fit in hoc tempore cum uniuersis gentibus ruinarum reparatione xps operatur. **Conquiscebit capita in terra multa.**

Multorum capita in hac uita conquisita xps inclinat dum superbos humiles facit. **De torrente in uia bibet propterea exaltabit caput**

Sicut torrentis pluuiabilibus aquis collectus redundat per strepitum currit et currendo decurrit id est cursum finit. sic est omnis iste cursus. mortalitatis humane nascuntur. homines uiuunt atque moriuntur rursusque morientibus. alii oriuntur succedunt accedunt decedunt. De hoc ergo torrente. de hoc strepitu transeunt. de hac mortalitate bibit filius dauid dñs dei dignatur propter nos nasci et mori. et ita bibit de torrente in uia. quod in uia peccatorum non stetit. Propterea ergo exaltabit caput. quia humiliatus est. et factus est subditus usque ad mortem mortem autem crucis. Propter quod exaltabit eum a mortuis. et donauit illi nomen quod est super omne nomen. Ut in nomine ihu omne genu flectatur. caelestium terrestrium et infernorum et omnis

lingua confiteatur. quō ih̄s xp̄s in gloria est dī patris.

INCIPIT. DE PSALMO. C. X. ALIELVIA.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo. Non semper confessio peccatorum est sed etiam laus dī deuotione confessionis exprimitur illa luget haec gaudet illa medico uulnus ostendit. haec desanitate gratia agit. **In consilio rectorum et congregatione.** Eorum sine dubio qui sedebunt super xii. thronos. iudicantes. xii. trib. isrl̄. a quorum consilio et congregatione omnis h̄pocrita segregatus omnis erit temptator exclusus. **Magna operatio dñi exquisita in omnes uoluntates eius.**

Scrutare exquire uestiga si potes omnes uoluntates dñi in omnibus. semper magna opera eius inuenies. Nulla enim uoluntas potentior est ipsius uoluntate contra quam cum aliquid fieri sinit misericordiam suam iusticiamque demonstrat. Sicut enim uult ut homo non peccet. ita uult peccanti parcere. ut reuertatur et uiuat. Ita etiam uult in peccatis p̄t̄ seuerantem punire ut iusticiae potentiam contumax non euadat. ac si quicquid elegeris. o homo non de erit dō unde suam de te compleat uoluntatem. Siue ergo iustificet impium. siue arguat pigrum. siue expectet auersionem seu deserat puniendum semper misericors est semper iustus sep̄ om̄ps.

Confessio et magnificentia eius et iusticia eius manet in saeculum saeculi. Magnificentia dñi circa nos in eo apparet. quod nullis praecedentibus meritis confitentem iustificat peccatorem. ut ubi abundauit peccatum superabundet gratia per quam excitata est etiam ipsa confessio. Ut nemo in se extollatur. sed qui gloriatur in dño gloriatur. Quia et confessio peccatoris. et magnificentia iustificationis. opus dñi est apud quem iniquitas non est. etiam si nos iudicia eius non comprehendimus quō iustitia ei; manet in seculum seculi.

Memoria fecit mirabiliorū suorum misericors et miserator dñs **escam dedit timentibus se.** In omni quidem creatura dī. mirabilia eius et cotidiana et magna sunt sed quia parum ea consuetudo miratur. Quia etiam dñs signa et prodigia certis temporibus promenda disposuit ut per inusitata et noua humana excitaretur. intentio et uirtutibus in ea de in solitis utilis timor cui tamen misericors dñs daret aescam uirtutis et uitae. Pane scilicet illum incorruptibile qui de aethero descendit ut uerbum dī ceter aescam hominum sicut cib. est.

angelorum. **Memorerit** in aeternum testamenti sui uir-
tutem operum suorum adnuntiavit populo suo. Impleuit
deus promissiones suas. quae uirtus et fortitudo sanctorum quoniam
quae hominibus difficilia sunt deo facilia sunt et ipse operatur
omnia in omnibus. **Ut det illis hereditatem gentium.**

Idest quam preparauit omnibus gentibus. **Opera meritorum eius ue-**
ritas et iudicium. Hoc est ueritas iudicium quae seruetur manus
eius operatur hoc est ut non separet a christo. tribulatio. angustia.
fames. nuditas. gladius. **Fidelia omnia mandata eius confir-**
mata in saeculum saeculi. Quod dedit mandata et dedit promiss-
sae quae fideliter retribuit confirmata in aeternum. nec unquam
defectura. **Facta in ueritate et iudicio.** Hoc est enim uerum
et iustum ut hic laboretur ibi requiescatur. **Redemptionem**
misiit populo suo. Cuius et heredes caelestis hierusalem ab
huius peregrinationis captiuitate redimuntur. **Mendauit**
in aeternum testamentum suum. Testamentum suum utique
nouum quod aeternum promissit non illud uetus cuius transitoriae
promissiones fuerunt. **Sanctum et terribile nomen eius.**

Sapientia uera est nosse et diligere deum. sed hoc hunc gradum de-
more conscenditur. quia sicut desideranda sunt eius munera sic
metuendae iudicia. **Initium sapientiae timor domini intellectus**
bonus omnibus facientibus eum. Is bonus habet intellectum qui
quod faciendum recte intellegit facit quia talis est sine opere in-
tellegentia quae dicit sine timore sapientia. **Laudatio eius in aeternum**
in saeculum saeculi. Nemo ergo quicquam suae iustitiae adscribat
nemo de suis quae si proprius meritis exultabit sed in dei laudem et
gloriam omnis sanctorum beatitudo in aeternum refertur.

INCIPIT DE PSALMO. C. XI. MELVIA.

Titulus psalms est reuersionis aggei et zachariae qui post euer-
sionem templi. hierusalem et transmigrationem templi completis
sub decimo. LXX captiuitatis annis prophetae coeperunt ea
quae ad relaxationem captiuitatis et reparationem templi per-
tinerent. sed quia quae corporaliter tunc gererantur rerum
futurarum indicia praeferebant. per illam captiuitatis remis-

tionem et templi restitutionem spiritualiter figurabatur fabrica istius templi. cuius xps est fundamentum in quo etiam angulari lapide uiuis lapidibus coaptatis caelestis aedificii. structura consurgit ut ex ruina uetere quae facta est in adam nouum di templum cum reparatione omnium gentium reformetur. Ad hoc ergo templum pertinet prophetatio aggei et zachariae qui in psalmi titulo praeferuntur. Ut qui hoc sacramentum intellegit et qui cupit in huius aedificii. conpage solidari scilicet reuersionis et renouationis suae in timore di esse principium.

Beatus uir qui timet dñm in mandatis eius uolet nimis. **B**eatitude uiri iusti timore incipit dñm. et proficit in desiderium mandatorum di quibus templum eius efficitur. **S**emen in terra erit semen eius. Semen future messis opera esse misericordiae apostolus testis est dicens. bonum autem facientes non desiciamus tempore enim proprio metemus. quid autem potentius hoc semine cuius in pendio comparatur regnum caelorum. et uita aeterna. **G**eneratio rectorum benedicetur. **I**dest opera eorum qui recto sunt corde non turbantur. Propter promissorum dilationem nec transiunt carnaliter appetunt sed mansura fideliter patienter expectant. **G**lorie et diuitiae in domo eius et iustitia eius manet in saeculum saeculi. **Q**uia talis est in domo sua id est in domo sua id est in corde suo. ubi templum di est gloria et diuitias habet. quia spe non dubia futura. iam possidet et regnum di ultra ipsum est huius iusticia. manet in saeculum saeculi quia ipsa est gloria atq. diuitiae. **E**xortum est in tenebris lumen rectis corde. **M**erito dirigunt cor in dñm suum merito ambulant. recti cum do suo. quicum essent in tenebris lucē uiderunt magnā et meminerunt fuisse se aliquando tenebrae. nunc autē lucem in dño. **M**isericors et misericors et iustus dñs. **Q**ui misereatur ut misereatur et iustus est in retributione quia nulli faciet iudicium sine misericordia. **S**uauius homo qui misereatur et commodat. **H**unc suauem et mitem atq. iocundum non euomit dñs ex ore suo tanquam mali odoris. ut fastidendi saporis

tota autem suauitas eius in eo est qui miseretur et commodat remittendo scilicet peccata et largiendo beneficia. quibus duobus benignitatis officii omnia pietatis opera continentur dicente dño. dimitte. et dimitteatur uobis. Date et dabitur uobis.

Disponet sermones suos in iudicio quō in aeternum non commouebitur. Qui haec facit disponit sermones suos in iudicio. facta enim quaedam uerba sunt testium. quibus in iudicio defendetur. quia in aeternum non commouebitur. qui ad dexteram segregatus audiet. Venite benedicti patris mei. percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi.

In memoria aeterna erit iustus ab auditu mala non timebit.

Non timebit audire quod dicitur sinisteris ite in ignem aeternū qui praeparatus est diabolo et angelis eius. **Confirmatum**

Paratum est cor eius sperare in dño. Quia non sua quae sunt sed quae ihū xpī et promissa eius fidenter exspectat.

Confirmatum est cor eius non commouebitur donec uideat super inimicos suos. Inimici eius praesentia concupierunt et cum eis inuisibilia promitterentur dicebant. quis ostendit nobis bono. Illi uoluerunt uidere bona hominum in terra mortuorum. hic credidit uidere bona dñi in terra uiuentium. Non ergo commouebitur cor eius. nec transitoria malorum felicitate turbabitur. donec uideat non deorsum quod inimici eius sed sursum super inimicos suos quod oculus non uidit. nec auris cecluit. nec in cor hominis ascendit. quod praeparauit dñs diligenter eum. **Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in saeculum saeculi.** Dispersit uisibilia ut inuisibilia compararet. dedit temporalia accepturus aeterna.

Cornu eius exaltabitur in gloria peccator uidebit et irascetur.

Irascetur peccator cui magis quae sibi sed sera illa atque infructuosa penitendine cum elicit. Quod nobis profuit si perbia aut quid diuitiarum uictatio contulit nobis.

Dentibus suis frendet et non reuiescet. Si fieret si oportuno cum tempore paeniteret. sed tunc frendet quando desiderium peccatorum peribit.

INCIPIT. DE PSALMO. C. XII. ALLELUIA.

Laudate pueri dñm. laudate nomen dñi. Exortatio haec non ad pueriles tantum annos. sed ad omnem profertur aetate. Omnibus enim apostolus dicit. nolite effici pueri mentibus sed malitia paruuli estote ut mentibus perfecti sitis. quam malitia nisi superbia ipsa enim deuana granditate praesumens non sinit hominem ambulare per arctam uiam et intrare per angustam portam. Puer autem facile intrat per angustam et ideo nemo nisi conuersus fuerit. ut puer intrat in regnum caelorum. Puerorum ergo nomine actas infantium sed animorum humilitas conpellatur quia non laudant nomen dñi. qui se magnos putant et suam iustitiam uolentes constituere iustitiae dñi non sunt subiecti. Non enim sunt pueri et dum praedicari se uolunt non laudant nomen dñi. **Sic nomen dñi benedictum ex hoc nunc ex hoc nunc et usq. in saeculum. A solis ortu usq. ad occasum laudate nomen dñi. Ut scilicet nomen dñi semper benedicatur et ubiq. laudetur. Excelsus super omnes gentes dñs super caelos gloria eius.**

Non solum super omnes gentes maiestas dñi. sed etiam super caelos gloria eius. excelsa est. **Quis sicut dñs dñs n̄r qui in altis habitat et humilia respicit in caelo et in terra.**

Per eisdem sp̄s ita loquitur. haec dicit altissimus in excelsis habitans in aeternum nomen ei dñs altissimus in sc̄is requiem habens meritoq. caelum intelleguntur qui habitantur ad dño qui cum sint sc̄i atq. ideo excelsi idem tamen sunt humiles neq. aliunde nisi de humilitate sublimes in altis itaq. dñs habitat id est in sc̄is et spiritualib. atq. caelestibus et humilia respicit. id est ipsos sc̄os numquam in se sed semper in dño gloriantes. delectatur enim altitudine humilium. et humilitate celsorum in caelo et in terra. hoc est quorum conuersatio in caelis est.

Licet mortalis sint carnis et cum data sint. si uero alia sunt quae dñs n̄r in caelo humilia respicit. Alia quae in terra possunt caeli hi intellegi. quos uocat et sc̄i ficatos iam inhabitat. Terra autem quos uocat ut habitet in eis sed absolutior sensus est. si celos

dictos accipiamus eos. qui sedebunt super xii. thronos et cum
dño iudicabunt. Terrae autem nomine cetera multitudinem
scōrum qui constituentur ad dexteram ut per opera mise-
ricordiae conlaudati recipiantur ab eis in tabernacula eter-
na quos amicos sibi demāmona iniquitatis in huius uitae
mortalitate fecerunt. Et hos ergo et illos humiles respicit
dñs quia meminerunt. utriq. quid fuerint per suam mali-
tiam et quid facti sint per dñi gratiam. **Qui erigit de terra
inopem et de stercore exaltat pauperem ut collocet eum
cum principibus cum principibus populi sui.**

Non itaq. dedignantur eē humilia capita excelsorum sub
manu dñi. quam uis enim conlocetur fidelib. dominice pe-
cuniae dispensator cum principibus populi dñi quam uis ses-
susus induocet in sedibus et angelorum q. iudicaturus terra-
tamen inops erigitur et de stercore pauper exaltatur quia
donum dñi est omnis celsitudo scōrum. **Qui habitare facit
sterilem in dño. matrem filiorum laetantem.** Ecclesiam
enim antea sterilem dñi gratia fecundauit ut in multis filijs
letaretur in quae dñs qui in altis habitat. et humiliter respicit
in caelo et in terra. habet ex semine abraham et sublimen scī-
tatem sicut stellas caeli in supernis sedibus conlocandam
et sicut harenam in ora maris misericordem atq. innumeram
multitudinem a sinistris fluctibus et ab impia amaritudine
segregandam. **INCIPIT. DE PSALMO. XII. ALI. VII.**

In exitu isrl̄t ex egipto domus iacob de populo barbare. facta
ē iudea scīficatio eius isrl̄t potestas eius. Mare uidit et
fugit iordanis conuersus est retrorsum.

Praeteritorum gestorum recoli uidetur historia et quem
admodum populus isrl̄t qui est domus iacob. de iugo ae-
gyptio dominationis eductus sit in memoriam reuocari.
sed per propheticum eloquium magis futura indicantur
quam praeterita reuocantur. Et ideo quaedam aliter hic
dicuntur. quam ibi acta sunt. Ut uigilanter intellegatur
prophetia ubi non constat historia. Primum enim ior-

decem ipsū non reuersū ēē retrorsū sed stetit legimus
 ab ea parte. quae desuper influebat. Deinde montes
 exultasse et colles gestasse non legimus quae sic addidit.
 ut omnica ista etiā repereret. Intellegendū ergo est quae
 illa facta figure nrae fuerunt. et ideo de eis aliter quid
 dicitur. ut quib. temporib. congruat agnoscat. si enim gratia
 di quaedam est nobis. firmo corde retineamus nos sumus
 isrl semen abrahē qui n carnalitē cū cū se genti tantū modo fac
 tus ē pater. sed et omnium factus uestigia fidei abrahā
 qui cū ēē in preputio. credidit dō. et iustificatus est ex fide
 et constitutus est omnium gentium pater dictumq. et est benedi
 centur in te omnes gentes. Quae ergo populus xpianus uerus
 est isrl et egyptus saepe in figura totius saeculi pontatur a quo
 spiritualiter recedendum est. quem admodum ille populus
 non potuit ad terrā pmissionis uenire. nisi diuino liberaret
 auxilio. ita ab huius saeculi uinculis nullus eruitur nisi per
 gratiam di in manu forti. et brachio excelsō. ut celestis hieru
 salem. cuius ēē mereatur. qui cūq. ergo sunt israhelice domus
 iacob et abrahē. scdm promissionē heredes cognoscunt etiam
 se exisse d a egypto cum huic saeculo renuntiauerunt exisse
 de populo barbaro. Cum confessione pietatis ablas phemias
 impiarum gentium recesserunt interrogent corda sua sicut
 curam cūcti fides si purificauit confessio di. abrahā. et di isaac.
 et di iacob facta est in eis iudea scūficatio eius. et isrl potestas eius.
 Dedit eis potestatem filios di fieri. Item hic retortetur unus quisq.
 qui sub dura dominatione diabolicis in hoc saeculo operib. subditus
 laborabit. Quomodo ab hoc iugo liber effectus sit quomodo inter
 diffidua dentium retinacula et obstinentium impedimenta ad uiam
 libertatis et ad spem aeternae hereditatis euaserit. Mare ergo
 uidit et fugit cum obstacula saeculi uerbo di. tremē facta
 cesserunt iordanis conuersus est retrorsum. Quō qui uersus
 a principio suo creatorē suū deserit tāquā fluius in mare labit
 cui bonū ē ut retrorsū cūctat et rediens ad auctore retro sibi fiat
 mare id qd ante tendebat et sic iordanis cūctatur retrorsū cū illi

conuertunt ad dñm qui gratiam baptismi perciperunt.

Montes gestier uelut arietes et colles uelut agni ouium.

Fideles dispensatores uerbi ueritatis sc̄i apostoli sc̄i euange-
liste montes et duces sunt gregū et colles uelut agni ouium
sunt quib. dicit̄ in xp̄o ih̄u per euangelium. Ego uos genui de
quib. dicit̄. Afferro dño filios arietū. qui montiū pabulis
opimantur et sub arietum principatu exultantur reguntur.

Quid est mare quod fugisti et tu iordanis quia conuersus est
retrosum. **M**ontes quia gestistis uelut arietes et colles
uelut agni ouium. **Q**uid ē inquit ó saeculum quod tua im-

pedimenta cesserunt quid ē quod tot milia fidelium toto orbe
huic mundo renuntiantium conuertimini quid est quod gaudetis
quibus infine dicitur. Fuge bone serue quō in paucis fidelis fuisti
super multate constituū. quod est quod gaudetis. quibus infine
dicitur. Venite benedicti patris mei percipite regnum. quod

uobis paratum ab origine mundi. **A**fanie dñi commota est
terra a fatiae di iacob. **Q**uid est a fatiae dñi nisi ab eius presen-

tia. qui dixit. Ecce ego uobis sc̄i sc̄i usq. ad consummationē sc̄i.

Ipsē ergo comouet terrā. ipse ergo et inertia corda conuertit.

Qui conuertit petra in stagna aquarū et rupem in fontes aquarū.

Ista est spiritalis petra id est xp̄s qui doctrinā suam quae prius
dura et rigida uidebatur in multa fluentia cū sit et misso de
caelis spū sc̄o. sermone suū fecit eē potabilem quē discipulis insi-
nuerat. Incipiens a moysen per om̄s prophetas quia sic oportebit
xp̄m pati. **N**on nobis dñe non nobis sed nomini tuo da gloriam

Gratia p̄dicatur quae aqua regenerationis de petra qd ē xp̄s p̄ impiis
emissit. nullis hominum p̄cedentib. meritis quō xp̄s p̄ impiis mortu-
us ē ne ullus nisi in dño gloriētur. **S**uper misericordia et ueritas tua

Duo haec misericordia et ueritas in scripturis sc̄is p̄ se semper iuncta
inueniuntur. in suā quippe m̄ia d̄s uocauit impios et in ueritate iudicauit

eos qui ueritate noluer̄. **N**e quando dicant gentes ubi est eorum

In nouissimo enī manifestabitur misericordia et ueritas. Nec dicent
imp̄i ubi est eorū. cū apparen̄te signo filii hominis in caelo et instante
iudicio n̄ ad huc p̄dicabit̄ credendus sed ostendetur tremendus.

Dicitur autem in caelo sursum in caelo et super terram omnia quaecumque uoluit fecit. Non in caelo ubi solem et lumen uident qui creaturam colunt sed in caelo sursum quod transgreditur omnia corpora caelestia et terrestria. quia quia nec in ipso terra sit. ut sine ipso esse non possit. quo in quibus est ipse ea tanquam indigentia continet qui in caelis et in terra omnia quaecumque uoluit fecit. Hoc est et in superioribus et inferioribus. populi sui uoluntariam gratiam suam constituit ne quis de operum meritis gloriatur. Quae sicut montes gestant uelud arietes sicut colles uelud agni ouium. usque ad dominum commota est terra. ne in terrenis forchibus permaneret. **Simulacra gentium argentum et aurum**

Habent quidem et aerea et lignea et fictilia simulacra et alterius alteriusque materiae sed pretiosum eorum maluit commemorare spiritus sanctus quia cum in eo quisque erubuerit. quod illi carius est multo facilius auertitur a ueneratione uulgarum ut intellegat etiam in auro et argento nihil aliud esse quam terram. **Os enim habent et non loquentur oculos habent et non uidebunt aures habent et non audient. Manus habent et non contrectabunt. Nares habent et non odorabunt pedes habent et non ambulabunt non clamabunt in faucibus suis. Similes sunt illis omnes qui faciunt ea et omnes qui confidunt in eis. Videant ergo impii aperiatis et sententiarum oculis et ad orem clausis et mortuis mentibus. nec uidentiam simulacra nec uiuentiam.** **Domus israel sperat in domino adiutor eorum et protector eorum est.** Spes enim quae uidetur non est spes. quod enim uidet quis quid sperat. Si autem quod non uidemus speramus per patientiam expectamus sed ut perduceret usque in finem. ipsa patientia adiutor et protector est dominus. **Domus aaron sperauit in domino adiutor eorum et protector eorum est.**

Ergo etiam sublimiores quisque atque in summo excellentes gradu etiam ipsi perseueranter currunt donec adprehendant in quo adprehensi sunt. et cognoscant sicut et cogniti sunt adiutorio et protectione domini muniuntur. **Quia timent dominum sperauerunt in domino adiutor eorum et protector eorum est dominus memor fuit nostri et benedixit nos. Omnes inquit timentes dominum et sperantes in domino auxilio ipsius perficiuntur. Non enim**

nr̄is meritis praecuenimus miām dñi sed dñs memor fuit nr̄i. **D**
et benedixit nos. **Benedixit domum isrl̄. Benedixit domum**
aaron. benedixit om̄s timentes dñm. Hoc est et superiores
et inferiores quiccuq. timent dñm. Si ergo quaeris. quos
utrosq. benedixerit. respondetur. P uillos cum maioribus
hoc est domum isrl̄. et domum aaron. **A** dicit dñs super
nos super nos. et super filios nostris. **E** tiam factus est ac
cesserunt enim etiam de lapidibus suscitati filii abraham. ac
cesserunt oues quae non erant de hoc ouili. ut fieret unus grex
et unus pastor. Accessit fides omnium gentium. Et creuit nume
rus non solum sapientium antestitum. sed & oboedientium
populorum adiuente dño. Non solum super patres sed etiam
super filios eorum qui patrū pie uestigie sequerentur. **B**
Benedicti uos dño qui fecit caelum et terrā. **T** amquā diceret
benedicti uos dño qui uos fecit. **C** elum caeli dño terrā autē
dedit filius hominum. Non ergo istud uisibile caelum plenum
luminaribus fecit uos sed multo excellentius in quo sibi prepa
rauit habitaculum quod sunt sublimiores purioresq. mentes
in quarum comparatione quicquid cernitur terra est. quam
uis possunt et paruuli in ecclesiae terrae nomine nuncupari
qui proficiendo futuri sunt caelum & in ipsa spela te nutriuntur
a magnis sed tamen quia illi iam non ab homine neque per hominem
sed per ipsum dñm carpunt sinceritatem ubertatemq. sapientiae
acceperunt paruulus futurus quidem caelum ut caelum
caeli essent sciunt. Adhuc tamen terrā cui dicant.
E go plantaui a pollo rigaui. sed dñs incrementum dedit. I psis enim
filius hominum quos fecit caelum terram. dedit in qua operentur
qui nouit terre prouidere. per caelum maneat. Igitur caelum
et terra in dño suo qui fecit ea et uiuant. Ex eo confitentur ei et lau dan
tes eum. nam si ex se uelint uiuere morientur. sicut scriptum est
a mortuo. quasi qua non sit perit confessio. **N** on mortui
laudabūt te neq. omnes qui descendunt in infernum.
E lamit enim alio loco scriptura sc̄a peccator cum uenerit in pro
fundo malorum contēnit. Sed nos qui uiuimus benedicimus

*dnm ex hoc nunc et usq. in saeculum. INCIPIT. DE PSA
LMO. C. XIII. MILVII.*

Dilexi quomodo exaudiet dominus uocem orationis meae. *Cantet hoc anima quae peregrinatur ad domino. Cantet hoc ovis illa quae errauerat. Cantet hoc filius ille qui mortuus fuerat. et resurrexit. perierat et inuentus est. quid est enim dilexi quomodo exaudiet dominus. nisi dilexi quomodo in hac spe sum positus. ut exaudiendum esse me credam. non enim frustra hoc spero. Quomodo inclinauit aurem suam mihi. Ideo ergo exaudiet quia inclinauit aurem suam mihi iam si quaeramus unde credidit anima quod ad eam aurem dominus inclinaret nonne respondebit quia prior dilexit nos. et filio proprio non peperit sed pro nobis omnibus tradidit eum quod mihi cum adiuuaretur. quomodo non crederem inclinasse dominum aurem suam mihi tanta misericordia praeuentem tanta uocatione pulsantem.*

Et in diebus meis inuocaui.

In diebus scilicet miseriae meae in diebus mortalitatis et praeparationis ^{no} onis qua deserui dominum et merui carcerem id est tenebras ignorantiae et conpedes difficultates accepi. In his igitur diebus.

Quia cum dederunt me dolores mortis pericula inferni inuenerunt me.

Quae nisi aberrantem abste non inuenissent me ego autem illa non inueniebam. id est non aduertebam. amabam enim deceptiones meas. et gaudentes falsis prosperitatibus. saeculi ueris periculis demergebar inferni sed cum mihi inluxit gratia tua et causas tribulationis meae ac doloris inueni et nomen domini inuocaui.

O domine erue anima meam

Tam quam diceret & inter aduersitates & inter prosperitates ^{no} huius saeculi miserum esse cognoui quia illa premunt ista decipiunt. Quis ergo me libera bit de corpore mortis huius gratia dei per ihesum christum dominum nostrum.

Misericors dominus & iustus & dominus noster miseretur.

Misericors primo quia inclinauit aurem suam mihi iustus qui facit me agnoscere unde conuenterer & rursum mise



ricors quia ad hoc ut inuocetur et miseretur.

Custodiens paruulos dñs humiliatus sum et liberauit me.

Custodit paruulos quos uult esse perfectos et in seruitutem per superbiam labios per humilitatem facit liberos.

Conuertere anima mea in requiem tuam quia dñs benefecit tibi.

Conuertere inquit anima mea. quia conuersionis facultatem ab illo habes qui bene fecit tibi.

Quia exemit animam meam de morte. Exempta est a morte anima mea etiam mortali adhuc carne circumdata que in ex fidei fidelis effecta est. exprimit illam perfectam et in am acunctis laboribus. requiem quam adipiscitur pretiosam in conspectu dñi mors scōrum eius. Habet etiam in hac uita requiem suam anima que de morte infidelitatis exempta est. Et que non ab operibus iusticie sed ab iniquitatis abstinet actione. Talis autem anima que iam uiuit deo et mortua est mundo que spiritali industriae uigilanter intenta in humilitatis et mansuetudinis non pigra sed quicquid tranquillitate requiescit. Pro adeptis iam habet quid quid non dubia spe sapienter expectat. et deo addidit exultat.

Oculos meos a lacrimis pedes meos a lapsu.

Hæc bona non temporalis uitae sunt sed aeternae nec obtineri possunt mortali carne circumdata. ut non fleant non gemant et nulla temptatione pulsentur. spes ergo scōrum qui secundum id quod sp̄s dī aguntur iam in carne non sunt merito debitis gaudent et gratias agunt quae sibi a ueritate promissae sunt. Denique ut hæc se non iam habere sed sperare monstraret.

Placebo inquit dño in regione uiuorum.

Non ergo ad plenum dño qui adhuc est in regione malorum nec potest talis esse in uita occidua qualis futurus est in aeterna.

INCIPIT DE PSALMO C. XV.

Credidi propter quod locutus sum.

Iam reprobi sunt qui uerum quod credunt non locuntur.

quam qui uerum quod locuntur non locuntur perfecta ergo
huius fides est qui dicit non tantum credidisse sed et prop-
ter hoc locutum esse quia credidit.

Ego autem humiliatus sum nimis.

Cur addidit ego autem cum possit dicere locutus sum et humili-
atus sum nisi quia homo ueritatem predicans humiliari potest
ab his qui ueritati contra dicunt non ipse ueritas quae qui credi-
dit eloquitur. Ego credidi propter quod locutus sum.

Ego autem dixi in excessu meo omnis homo mendax.

Exstasis hic peccator intellegatur quo martirum uox est instan-
te cruciati uel morte trepidantium et agnoscentium non
esse uirum suarum ut quae inferuntur eu meant atq. ideo
mendacem inueniri humanam infirmitatem quae possit
non uallere praesumens de uiribus suis cum fortitudo pa-
tientiae exdo sit. qui et constantiam dat non timenti et
fiduciam reparat formidanti quo uerax est dicens. Cum
autem tradent uos. nolite cogitare quomodo aut quid
loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quod loqua-
mini. Non enim uos estis qui loquamini sed sps patris ur̄i
qui loquitur in uobis. Dicitur autem extasis etiam
cum mens non pauore alienatur sed aliqua inspiratione
reuelationis adsumitur.

Quid retribuam dño pro omnibus quae retribuit mihi.

Hoc dicens pro fietur sibi aliud retributum ad dño quem
merebatur id est pro malis recepisse se bona et quaerit
quid ipse reddat pro bonis. nec aliud inuenit nisi quod
dñs ipse donauit et dicit.

Calicem salutatis accipite et nom dñi inuocabo.

Quis istum dicit calicem nisi qui ait. potestis calicem bibere
quem ego bibiturus sum. et dñs exemplum patendi contulit
donum redimens ipsam infirmitate suorum sanguine suo
et dñs praetium imitationis ipsorum uas fieret.

Practiosce in conspectu dñi mors scōrum eius.

Emit enim sanguine suo. quem fudit dñs. pro seruis ut

et serui pro dño suo fundere non timerent. Cum tamen
et dñi mors. et seruorum seruis esset profutura non dño.

O dñe ego seruus tuus ego seruus tuus et filius ancille tue.

Tam quã diceret. multi se martyres dicunt multi seruos
tuos se profitentur quia nomen tuum habent in uariis
heresibus. et terroribus sed quia præter ecclesiam
tuam sunt non sunt filii ancille tue ego autem et seruus
tuus et filius ancille tue.

Dirupisti uincula mea tibi sacrificabo hostiã laudis.

Tume inquit seruum tuum tu fecisti filium ancillae
tuae qui captiuitatis meae uincula dirupisti et ideo
laudis tibi hostiam. debeo quia tuæ gratia sum
quod sum et in tuæ est mihi gloria gloriamdum.

Vota mea dño reddam.

Quis quis bene cogitat quid uoueat dño et quæ uota red
dat se ipsum uoueat se ipsum reddat. hoc exigitur
hoc debetur imago caeseris reddatur caeseri imago
dñi reddatur dño sed sicut uiuendum est quid offeras
et cui offeras ita etiam considerandum est ubi offeras.

Intrus inquit domus dñi.

Quid est autem populus eius nisi quod addit.

In medio tui hierusalem.

Hierusalem uero interpretatur uisio pacis. tunc ergo
quod offeretur gratum est si de pace atque in pace
reddatur. qui autem non sunt filii huius ancillae
bellum quam pacem potius amauerunt.

INCIPIT. DE PSALMO. C. XVI. Att.

Laudate dñm omnes gentes laudate eum omnes populi.

In fine superioris psalmi ne in hierusalem iudei glori
arentur et hanc dignitatem sibi isrl psalmi
adsumeret qui sint israhelites et in quibus sint hierusalem
psalmi huius principio demonstratur. Omnes scilicet
gentes et omnes populi qui per imitationem fidei fac
ti sunt filii abraham et spiritale semen israhel

*Quo confirmata est super nos misericordia eius
et ueritas dñi manet in aeternum.*

Confirmata est misericordia dñi super nos cum eius
nomini per quod liberati sumus inimicarum gentiū
rabida ora cesserunt & quem negando blasphemauerunt
credendo laudauerunt. Ueritas autem dñi manet
in aeternum siue in his quae promisit istis siue in his
quae minatus est impiis.

INCIPIT DE PSALMO CXVII. CŪ ALLELUIA

Confitemini dño quō bonus quō in seculum
Sed hic confessio non penitentium est. sed laudantium
dñm quibus per gratiam prestitum est ut eruerentur
de tenebris & potestate tenebrarum & transferentur
in regnum filii dñi ob hoc solum quia dñs bonus est & eam
misericordia miseretur quae permanet in aeternum

*Dicat nunc domus israhel quō bonus quō in seculū
misericordia eius dicat nunc domus aaron quō
bonus quō in seculum misericordia eius.*

Domus israhel & domus aaron ipsi sunt omnes qui
timent dñm pusilli scilicet atq; maiores ex quib.
siue iudeis siue gentibus unus factus est po-
pulus concurrentis in unum gregem ad unum
pastorem ih̄m xpm quae societas in eius gratia
facta est qui bonus est et cuius misericordia ae-
terna est et aeternos facit.

*In tribulatione inuocaui dñm et exaudiuit me
in latitudine.*

Qui tribulatur in angustia est sed qui exauditur
latitudinis infinitate suscipitur.

*Dñs mihi adiuuor est non timebo quid faciat mihi
homo.*

Apostolus dicit. non aduersus carnem et sanguinem
nobis quod est homo iniquus. sed aduersus principes
et rectores tenebrarum esse certamen quarū autem.

tenebrarum nisi hominum diabolo subditorum. Non ergo metuit quid ei faciat homo qui ipsius inventorum diuincit auxilio.

Dñs mihi adiutor est et ego despiciam inimicos meos.

Sive ex malis hominibus sive ex malis angelis despiciam inimicos iscau adiutor est dñs. **Bonum est confidere in deo quam confidere in homine.**

Etiam si bonus homo aut bonus angelus adiuuet non in eis inquit confidam sed in dño quia me per illos iubat.

Bonum est sperare in dño quam sperare in principibus.

Princes & homines et angeli possunt intellegi sed in neutris spes conlaocanda est quia potestas non est nisi ad dō.

Omnes gentes circum dederunt me et in nomine dñi ultus sum eos. **Circum dantes circum dederunt me et in nomine dñi ultus sum eos.**

Ipsam dñm caput ecclesiae intellegimus circum datum a persecutoribus. sicut circum dant a pes fauum sed mistice significatum est quod concursus ad persequentes fauus autem ad credentes pertinet & quō impii nescientes quid facerent dulciorent cruciando fecerunt ut gustemus & uideam quā suauis est dñs quod aut ex arserunt sicut ignis in spinis ad tū corpus xpī idē populum ei melius refertur. Omnes gentes arcū dederunt me quia ex omnibus collectus ē gentes & ubiq. in eū exarserunt pfectionis incendia sed uultus est psequentes q̄a extant amalia facti sunt xpīani sive quia om̄s qui p nacti infideles fuerunt quē spe uerunt uocantē sentient iudicantē. In quā cumulus harenas uersatus sum ut caderē et dñs suscepit me. Multitudine fidelium in unitate fidei congregata psecutio gentium n̄ habuit quo in pelleret et quā uis multū uexando uerseret. conuellese tamen ac proicere. non preualuit quia ab omnibus simul in eum creditum.

est quia & singulos et uniuersos ubiq. suscepit.

Fortitudo mea et laudatio mea dñs et factus est mihi in salutem. Quis sibi sua fortitudo et sua uolunt esse laudatio. quorū autem fortitudo et laudatio est dñs. tam non eadunt quam non caelit dñs et deo eis factus scelus. n̄ quia ipse aliquid coeperit esse quod non erat. sed quia salute in eo quam aūsi n̄ habuerant coeper̄ habere cūsi. **Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum.** Saecula persequentium spē scōrū interius gaudis priuare n̄ poterat nec ualebant ipse eorū auferre leticiam quorū nequibant expugnare patientiā. Unde et apostolus. ex quasi tristis semper autē gaudentes. **Dextera dñi fecit uirtutē dextera dñi exaltauit me dextera dñi fecit uirtutem**

Mecum uirtus exaltare humilē deificare mortalem præbere de infirmitate perfectionē de subiectione gloriā de passione uictoria sed quia n̄ homo se exaltauit n̄ homo perfecit. n̄ homo sibi gloriā dedit n̄ homo uic. Nec ipse sibi met secluti fuit pessima c̄fessione laudē di repetit. **dextera dñi fecit uirtutem. Non moriar sed uiuam et narrabo opera dñi.** Vox ecclesie est n̄ se sed in dño gloriantis extingendum di populū p̄secutores arbitrabant sed laucta est ecclesia et ubiq. x̄p̄s martyrū gloria est in quorū passionib. dñi opera p̄dicant. **Castigans castigauit me dñs et mortuū tradidit me.** N̄ ergo quicquā uirib. suis licuisse arbitret fremitus impiorū non haberent istā potestatem nisi desup claret sepe filios suos p̄tē familias p̄nequisimos seruos em̄dari iubet cū illis hereditatē illis cōpedes p̄pararet. quæ est haec hereditas aurie an argenti an gemarū an fundorū amoenorū quæ p̄diorū. uide qua intret et cognosce quid sit.

Aperite mihi portas et ingressus meas confitebor dño. **I**nter portas iustitiae uox est c̄fessionis et exultationis beati enī qui habitant in domo dñi in sc̄ta sc̄torū laudabitē. **H**aec porta dñi iusti intrabunt. **H**aec porta illius est hierosolyma quā nemo incertum c̄sus nemo intrat iniustus. ubi dicit canes foras. **C**onfitebor tibi dñe quō exaudisti me et factus es mihi in salutē. **C**onfessio haec laudis est n̄ uulnera medico ostendens sed decepta sanitate gratias agens ei qui ipse est salus. **L**apidem quē rep̄bauer̄ edificantes hic factus est in capud anguli. **V**etuos conderet in semetipsum in unum nouum hominē faciens pacē & reconciliatē

utrosq. in uno corpore deo circumfusione scilicet et p̄putū. **Adno factū**
 ē. Quāuis n̄ eēt lapis angularis nisi passus eēt n̄ tam hoc ab eis acq̄ib.
 passus ē factus est. nam illi qui edificabunt rep̄bauerunt sed in eo q̄d
 dñs occulte edificabit sc̄e in caput anguli quē rep̄bauer̄. **Est mirabi**
lis in oculis n̄ris. In oculis interiorib. hominis in oculis credentium dili
 gentium. **Hæc dies est quā fecit dñs exultemus et iocundemur in ea.**
Dies quo mihi sc̄lute[m] dedit. dies quo ille mediator d̄i et hominum fac
 tus est in caput anguli. **Odñe sc̄lūū me fac odñe bene prosperare.**
Scluum fac quia dies sc̄lutis ē p̄sp̄era iter ap̄eregrinatione redeuntib.
 quia tu nobis factus es uia. **Benedictus qui uenit in nomine dñi. Malechus**
 ille qui uenit in nomine quē suscipient quidi filū non receperunt.
Benediximus uos in nomine dñi. **Vox ista magnorū est ad pusillos eorū**
 scilicet magnorū qui uer̄bū d̄i deum sicut in hac uita possunt mente
 contingunt et tamen sermonē suū propter paruulos tēperant. **D̄s dñs**
exiit nobis. **I**luxit nobis mediator d̄i ille et hominū. homo xp̄s ih̄s
 qui et d̄s aequalis patri quod sc̄e credi fecit intellegit. **Constatte diē**
festū infrequentationibus usq. ad cornu altaris. **I**dest usque ad ante
 riorem domum d̄i de qua uos benediximus ubi sunt altaris excelsi
 ubi spirituale sacrificium laudis perpetue ubi est sacerdos aeternus
 et altare sempiternum ad quod non tepide neq. segnit̄er sed
 infrequentatione currendum est ut de filio d̄i. Qui nos prop
 ter caro factus est non iam humiliter saccundum carnem
 qua conformes nobis esse dignatus est sed sublimiter se
 cundum diuinitatem quæ patri aequalis est sentiendum.
D̄s meus est et confitebor tibi d̄s meus
estu et exaltabo te confitebor tibi dñe
quo nam exaudisti me et factus es mihi
in salutem.

Non strepitu ista uerborum dicentur in illa domo ad quā ut
 uisemus hortat̄ sed dilectio inherens d̄o. ipsa erit uox laudatio
 nis ac̄t̄ne. **Confitemini dño quō bonus quō in sc̄tm̄ mise**
ricordia eius. **I**sdem uerbis p̄sc̄dmus quibus inchoauerat
 laudit̄ quic̄ ab initio usq. in finem debet in nobis laudationū
 d̄i perseuerare confessio.

no by



INCIPIT DE PSALMO . C XVIII . ALEPH . **Beati Inmaculati in uia qui ambulat in lege dñi.** Beati cō non possunt nisi immaculati. Inmaculati autem non sunt nisi qui in uia ambulant. Uia uero non est nisi Lex dñi. quaerens ergo beatitudinem Inmaculatus in uia sit & in lege dñi quae beatorum uia est ambulat id est non sit otiosus?

Beati qui scrutantur testimonia eius in toto corde exquirunt eum

In uia dñi hi sine dubio ambulant qui scrutantur testimonia eius. sed quia multi uolunt habere scientiam sine operibus merito addidit in toto corde exquirunt eum. Tum enim recte quaeritur dñs si non ipsi alia sed per omnia ipse quaeratur. beatitudo autem quaerentium dñm in huius uitae laboris non potest esse perfecta sed beati iam dicuntur. Quibus sine dubio sunt futuri quia In uia ambulant immaculati & scrutantes testimonia legis dñi in toto corde exquirunt eum. Spe ergo beatis quia talibus beatitudo promissa est.

Non enim qui operantur iniquitatem in uis eius ambulauerunt

Hic quaeritur cum iniquitas peccatum sit & non operentur peccatum qui ambulant in uis dñi. Quomodo illi scī in uis dñi ambulauerunt quid dicunt. Si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus & ueritas in nobis non est. Ergo peccatum habuerunt & in uis dñi ambulauerunt secundum paulum dicentem. si quod nolo ego hoc facio non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum. Itaque nec operantur peccatum qui ambulant in uis dñi & tamen non sunt absque peccato quia non ipsi operantur illud sed quod habitat in eis peccatum. Non autem ipsi operantur illud quando in licetis desideriis consensum non ad commodant uoluntatis ueruntamen cum omnes scī in carne degentes ueraciter dicant. Dimitte nobis debita nra quomodo intelligitur immaculatos eos in uis dñi ambulare quos oportet & cottidiana oratione remissionem poscere peccatorum. nisi quia uerum est ambulantes in uia dñi nullis consentire criminibus & tamen quibusdam cogitationum carnalium obreptionibus titillari & ob hoc eis necessariam cottidianam remissionem ut fiant immaculati quō & hoc ipsum ad uitam p̄tinēt dñi de qua non recedit quis se immaculati semper exposcit. **Tum manda sunt mandata tua custodire nimis.** Nimis siue ad mandantem siue ad custodientem referas non propter quod est plus quam oportet accipiendum est sed per ualde ualde enim mandatur. et ualde custodienda sunt praecepta diuina.

Utinam dirigantur uie meae ad custodiendas iustificationes tuas.

Dedisti inquit mandatum & custodiri illud precopisti sed utinam praebeas & auxilium ut possim te uiuante facere quod faciendum didici te docente.

Tunc non confundar cum perspicio in omnia mandata tua.

Cum inquit directe fuerint uis meae per gratiam tuam tunc in perspective mandatorum tuorum non confundar quae non utilis auditor sed efficace factor. **Confitebor tibi dñe in directione cordis in eo quod dixerim iudicia iustitiae tuae.** Si directum fuerit iter meum & correctum meum & predicabo dñe te laudabo et tui esse hoc operis confitebor.

Iustificationes tuas custodiam. Hoc est faciam quod iubes si me adiuueris.

Non me derelinquas usquequaq; Non ita accipiendum quasi in aliquo se relinqui uelit sed hoc peccat ne penitus deseratur & ita potius ut ab eo numquam & nusquam diuinum abscedat auxilium. **BEIH**

In quo cor rigit adulescentior uiam suam in custodiendo sermones tuos.

In interrogatio est in quo iuuenior uiam suam corrigat & respondetur quod correctio eius haec sit ut di uerba custodiat. Sed queritur quis iste sit iuuenior cuius ista correctio est cum senes multi conuertantur ad dñm per quam libet seram obseruantiam mandatorum. Bene ergo iste iuuenior intelligatur populus nouus p̄ xpi gratiam renouatus q̄ ab erroris ueteris uia uerbum fidei custodiendo corrigatur. **INTOTO corde meo exquisiuit te ne repellas me a mandatis tuis.** Fecisti inquit ut toto corde meo exquirerem te fac ut in mandatis tuis maneam ^{que ut michi} **possibilia sint adiuuame & nolime ab eis repellere. idē noli mihi auxilium tuum subtrahere.**

In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi benedictus es dñe doceme iustificationes tuas. Quid adhuc eloquia dñi quaerit discere quae iam abscondit. In corde quod utiq; non fecisset nisi ea didicisset & ut quid addit & dicit. Doceme iustificationes tuas nisi queas uult faciendo discere & operandi noticia comprehendere non loquendi tantum facilitate & memorie recordatione retinere.

In labiis meis enunciaui omnia iudicia oris tui. Nihil inquit iudiciorum tuorum tacui sed omnia prorsus in labiis meis enunciaui ea scilicet quae mihi ore tuo idē eloquiorum tuorum predicatione dixisti.

In uia testimoniarum tuorum delectatus sum sicut in omnibus diuitiis.

Uia testimoniorum dñi xpi in quos sunt thesauri sapientie & scientie.

abscondita. In hac ergo uia quasi in omnibus diuitiis delectatur. qui uide & pillu
 multa organos testimonia diuine dilectionis implora & non dubitat quae
 expectantur implenda. **In mandatis tuis exercebor et considerabo uias
 tuas** Uniuersae uiae dñi misericordia & ueritas quarum plenitudo inuenitur
 in xpo in quo omnis ecclesia contra inimicos fidei xpiane copiosis putationibus ex
 ercetur. **In iustificationibus tuis meditabor non obliuiscar sermones tuos**

Ideo utiq; meditabor ut non obliuiscar sermones tuos meditabor ut non ob
 liuiscar meditatio enim non obliuiscendi est perseverantiae operandi prop
 ter quod postulauit. adiutorium gratiae dicens Benedictus es dñe doceme
 iustificationes tuas ut quod sermone nouerat & iam opere completeret.

Quoniam **Retribuere seruo tuo uiuificame & custodiam sermones tuos**

Quatuor sunt retributiones aut enim mala p malis retribuntur sicut dñs ig
 nem aeternum retributurus est impijs aut bona p bonis. sicut regnum ae
 ternum retributurus est iustis / aut bona p malis sicut xps p gratiam
 iustificat impium / aut mala p bonis sicut iudas p malitiam psecutus est
 xpm. harum quattuor retributionum duae priores pertinent ad iustiti
 am ut retribuantur mala p malis bona p bonis. Tertia pertinet
 ad misericordiam ut retribuantur bona p malis / quartam dñs nescit.

no m retributio
 ni. quatuor
 gen d.

Nulli enim malum p bono retribuit. haec autem quae tertio loco posita est
 primitus necessaria est. nisi enim dñs retribuere bona p malis nullomo
 do essent quib; retribuerentur bona p bonis. Qui ergo dicit retribuere seruo tuo
 & addidit uiuificame & custodiam sermones tuos. Scit iustum ex fide uiuere
 quae operatur p dilectione & quia mortuus erat p suam iustitiam p oit
 sibi uitam p di gratiam quam profecto non peteret si omnino non crederet. id est
 omnino non uiuere. sed quia id quod acceperat ad desiderandum non sufficebat
 ad obediendum posuit se uiuificari. Hoc est eam in se fidem quam accepit augeri
 ut uiuificetur per omnem diem quare nouatur die die in diem. **Reuela oculos
 meos & considerabo mirabilia de lege tua**

Da inquit mihi intellectum
 quo possim mirabilia tuae legis inspicere & uirtutem preceptorum tuorum
 uidere. **Incola ego sum in terra non abscondas a me mandata tua**

Ibi quisq; est peregrinus ubi absens e a patria sua. Iste ergo quis supne hie
 rtm. cuius abscriptus est peregrinum ^{sc} profitetur in terra quia certus est
 de hereditate pmissa sed quia temptatio est uitae humanae super terram
 p oit ne in tempore tribulationis & difficultatis abscondantur ^{l. eo} a mandata dñi.

quae utique in medio constitutae sunt & possunt etiam ab impiis sciri. Nam quem late & breuis simum plenissimumq. mandatum. diligis dñm dñm tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua & ex tota mente tua & diligis proximū tuum sicut teipsum In quibus duobus mandatis tota lex pendet & prophetae. Quomodo ergo hic terrae incola orat ut ab eo non abscondantur quae pene neminem latent nisi quia dñm nosse paucorum est & consequens ē ut ei mandatum dilectionis sit absconditum. qui aliud pro aliud diligit & qui errat in dñi amore errat & iam in proximi caritate. recte itaq. qui incola est in terra & qui terrena non diligit postulat sibi mandatorum dñi scientiam reuelari ne uel in dñi uel in proximi dilectione fallatur. **Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.** Concupiui inquit iustificationum tuarum desiderium habere usq. in finem. Tu enim me iustificas tuam me facit gratia iustum & bonum. mihi est semp hoc desiderare & in hoc tuo presidio delectari. Alioquin iustus non eros si aut defuerit mihi gratia tua aut inflauerit me superbia. **Increpasti superbos maledicti qui declinant a mandatis tuis.** Illa increpatio hic intelligenda est quam primi hominum genitores sua transgressione meruerunt. Declinantes a mandato dñi per superbiam quam concupiuerunt non quod dñs diligendum precepit sed quod diabolus inuidendo persuasit. Omnis itaq. superbus huic increpationi subiectus est siue hereditario siue uoluntatis arbitrio. **Aufer a me obprobrium & contemptum quia testimonia tua exquisiui.** **U**ox ista ecclesie est iam diligentis inimicos suos & orantis pro persecutoribus suis dicat. Itaq. omnis xpianus. Omnia membra corporis xpi. Aufer a me obprobrium quodideo audio & contemptum quodideo contemnor quia testimonia tua id est martiriata tua exquisiui. Ut inimici nri inde uenerentur unde contempnunt cum quos psequendos putauerunt intellexerint honorandos. **Etenim sederunt principes & aduersum me loquebantur.** Inde persecutio grauis erat quia eam sedentes idē iudi carius sedilib. eminentes principes decernebant quod & ipsum caput & in corpus eius actum esse. Non dubium est. **Seruus autem exercebatur in uis iustificationib.** Qualis exercitatio haec fuerit sequenti ad docet. **Nam & testimonia tua meditatio mea est & consilium meum iustificationes tuae sunt.** Sic ergo exercebatur seruus xpi ut contra psequentes dilectione certaret & consilium sedentium principum

fuit inimicos perditos inuenire reddebant illi mala p̄ bonis ista bona
 promalis. Quid ergo mirum si isti occidendo defecerunt illi moriendo
 uicerunt. **DE LEITH.** *Adhesit pauimento anima mea uiuificame secun
 dum uerbum tuum.* Quisē uiuificari p̄cit quō adhesit pauimento ani
 ma eius uidetur hoc poscere. ut terrenis cupiditatib. eruat̄. sed non
 talia uerba p̄missa sunt ut de eo qui dicebat. Nam & testimonia tua
 meditatio mea & consilium meum iustificationes tuas. Credendum sit
 quod terrenæ magis conuersationis inheserit quam cælesti. Non ergo a
 concupiscentiis mundi auelli nec a carnis societate separari sed ab affectib.
 carnalib. optat abungi ut illa concupiscentia quæ concupiscit aduer
 sus sp̄m magis quæ minuatur & concupiscentia quæ concupiscit aduersus
 carnem per seuerantib. p̄fectib. augeatur. Nemo est enim cuius animam corrupti
 bile corpus & inhabitatio terrena non adgrauet̄ donec corruptibile hoc indu
 atur. In corruptionem & uerbum di. quo uita æterna p̄mittitur impleatur.

Uias meas enuntiaui & exaudisti me doce me iustificationes tuas

Peccata inquit mea confessus sum & exaudisti me. Enuntiaui uias meas & delec
 tati eas doceme tuas non ergo eas iustificationes uult discere. Inquit. exerce
 batur sed ab illis ad illas desiderat puenire. **Uiam iustificationum tuarū
 insinua mihi & excebor in mirabilib. tuis.** Hæc p̄cens magis p̄
 fectib. concupiscit augeri. sunt autem quaedam iustificationes tam sublimes
 atq. mirabiles ut hi qui ex p̄ta non sunt putent ad eas humanam infirmitatem
 puenire non posse. **Dormitauit anima mea p̄cedio confirma me
 in uerbis tuis.** **F**atigor namq. ex infirmitate & relabor ex t̄dio con
 firma me in p̄missionib. tuis atq. per ea quæ dedisti em̄tor ascendere
 ut dormitans in infirmitatib. meis exciter atq. inciter in uerbis tuis.

Uiam iniquitatis amoue a me et de lege tua miserere mei. Ne lex fac
 torum per quam abundauit peccatum ad iniquitates me adducat infir
 mum. lege inquit tua hoc est lege fidei miserere mei ut per gratiam tu
 am faciam quod per me ipsum implere non ualeo. **Uiam ueritatis ele
 gi iudiciatua non sum oblitus.** **Adhesi testimoniis tuis dñe nolime
 confundere.** **U**iam ueritatis elegi ubi currerem iudiciatua non sum
 oblitus ut currerem. **Adhesi testimoniis tuis cum currerem dñe noli
 me confundere.** quō curro pertendam quotendo pueniam. N̄ enim uo
 lentis neq. currentis sed miserentis est dī.

Uiam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum **C**ordis dilatio ueritatis est dilectio quod diuine meritis. ut in non timore poene sed amore iustitiae seruatur cum caritas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum quid datus est nobis. Ideo ergo iste uiam mandatorum dei cucurrit quia cor eius deus dilatauit. **H**e **L**egem pone mihi domine uiam iustificationum tuarum & exquiram eam semper. **Q**ui uiam mandatorum dei si dilatato corde cucurrisse iam dixerat quomodo nunc legem sibi postulat poni nisi quia proficiens loquitur & donum dei nouit esse quod proficit & ut magis magisque proficiat quod habet a quo accepit poscit augeri & cucurrit hanc uiam & cucurrere cupit. Exquisiuit & exquirere amat donec perfectum gaudium sine periculo amittendi quod ut adprehendat semper exquirat. **D**omihi intellectum ceterutabor legem tuam & custodiam illam in toto corde meo. **E**rgo altitudinem & profunditatem legis nemo penetrat nisi qui intellectum acceperit. **C**um autem plenitudo legis sit dilectio & ille legem intellegat qui operam mandatorum eius exequitur prophetaico hic illam sibi caritatem multiplicari preceit quod proximus qui diligitur ut huius duplicis mandati de quo pendet tota lex & prophetae perfectam habeat scientiam eamque toto corde custodiat.

Deduceme in semita mandatorum tuorum quoniam ipsa uolui. **Q**uam prius dixi uiam iustificationum eandem dicit semitam mandatorum quia angusta uia est quaeducat ad uitam & cum sit angusta nisi dilatato corde non curritur sed quo adhuc iste proficit & adhuc currit ideo diuinum quod educatur querit auxiliu.

Indina cor meum in testimonia tua & non in auaritiam. **Q**ui cor suum inclinari in aliquid preceit plenius & profectius id quam uult uelle desiderat. Uolebat enim cum diceret. **D**educeme in semita mandatorum tuorum ipsa uolui & orat ut uelit cum dicit. **I**ndina cor meum in testimonia tua & non in auaritiam. **O**rat ergo ut in ipsa uoluntate proficiat & cor non in auaritiam sed in testimonia dei habeat inclinationem quae testimonia hoc insinuat hoc docent ut deus gratis colatur. **Q**uia si cor non in auaritiam sed in deum non colimus nisi propter deum ut deus cultus ipse sit merces. Nam qui deum ideo colit ut aliquid aliud promereatur quam ipsum non quem colit diligit quia non ipsum sed aliud concupiscit.

Auerte oculos meos ne uideant uanitates in uia tua uiuifica me.

u
no

Auerte inquit oculos meos non corporeos quorum intuentur & iam nolens multas uanitates uidere sed cordis oculos ne intenti sint uanitati ne humanam gloriam querant. Ne cum boni aliquid appetunt non dilectioni ipsius summi

boni sed amore presentis utilitatis aut laudis hoc faciant ne postremo iustitiam
sua ad se magis quam ad dñm referant & in se magis quam in dño gloriantur

Hanc ergo uanitatem phorrescens merito adiecit in uita tua uiuifica me. Id est in xpo
quae contrarius uanitati & non solum uia est sed et uita & ueritas

Statue seruotuo eloquium tuum in amore tuo. **S**tabile fit eloquium dñi
in corde nro cum fit quod eodem iubetur eloquio & auellitur cum contrariu
pro opus agitur. P & it ergo seruus dñi ut meo confirmetur oboedientia p seuerans
quae de statu suo nullo male actionis moueatur impulsu quod non nisi spm &
& castum timorem quo cauetur ne offendatur caritas non quo metuitur ne dam
netur impietas. **A**mputa obprobrium meum quod suspicatus sum quia

uudicia tua sua uia. **D**e occultis cordis alieni temere iudicare peccatu
est & eum cuius non uidentur opera nisi bona ex suspicionem reprehendere
hoc ergo opprobrium hoc suspicionis uicium hic qui uult ee perfectus a se op
tat auferri quo eorum quae incognita homini sunt solus dñs iustus inspector
est & iudicia eius sua uia sunt quo uere. **E**cce concupui mandata tua in tua
uustitia uiuifica me. **F**ecisti me inquit cupidum mandatorum tuorum fac
& efficacem ad uia ut fatiam quod commendas dona ipse quod mandas quia

in me unde morerer habui. Unde autem uiam non inuenio nisi in te
Qui homini tuo omnem aequitatem in tua & proximi dilectione posuisti. **U**ia
Et ueniat super me misericordia tua dñe salutare tuum secundum eloquium tuum
Quid poscit nisi ut mandata quae cupit p eius misericordiam faciant quae manda
uit & quae est misericordia nisi xps & secundum quod eloquium nisi secundum
uerbum promissionis quo uocata sunt ea quae non erant tamquam essent
quia & quib; promissum est & iam ipsi promissi sunt ut totum corpus xpi di
cat gratia di sum quod sum. **E**t respondebo exprobrantib; mihi uerbu
quia speraui in sermionibus tuis. **U**erbum exprobrantib; an uerbum respon
debo ambiguum est sed utrumq; xps sonat. Ipsi enim nobis exprobrant

quib; est crucifixus uel scandalum uel stulticia ignorantes quia uerbum ca
ro factum est & habitauit in nobis. Quod uerbum in principio erat & apud
dñm erat sed & ipsi exprobratores non uerbum exprobrant quod eos
latet quia diuinitas eius ab eis non cognoscitur. A quib; infirmitas in cruce
contemnitur nos tamen omnib; exprobrantib; uerbum respondeamus. Pa
rum est enim in corde habere xpm nisi quod corde credimus ore profi
teamur sed hoc ita demum fieri poterit si pmissis di spes fuerit firma credentis

E me auferas *ane uerbum ueritatis usq; ualde* Hoc est non ita conturbaber sub persecutionis flagello ut a me penitus auferatur confessio ueritatis quia multi qui adhorta negando defecerunt post ea paenitendo reparati sunt & palmam quam per dederant resumpserunt **Quia iudicium tuum speraui** Id est quia iudicia tua quib; me corripis & flagellas non solum mihi non auferunt spem sed etiam augent dum quem diligis corripis flagellas autem non nem filium quem recipis & ideo plerumq; cum quis tibi fortis uidebatur infirmari similis ut presumptio auferatur & perseverantiae uirtus ex tua opitulatione reparat.

Et custodiam legem tuam *semp in seculum & in seculum seculi* Quod dicit semp ne ad omne istius uitae tempus tantum modo referatur adiecit & in seculum seculi Lex autem quam per peccato custodire desiderat caritas accipienda est quia ipsa est plenitudo legis & ceteris mandatis sola p manet & aeternum.

Et ambulabam in latitudine quia mandata tua exquisiui *& loquebar inter timonem tuum in conspectu regum & non confundebar et meditabar in mandatis tuis quae dilexi ualde & leuabo manus meas ad mandata tua quae dilexi & exercebar in iustificationibus tuis* Superiores uersus precationem habuerunt qui adiutorium gratiae postulatum est hi autem narrationem habent quae ostenditur quid gratia petita contulerit tamquam diceret haec cum orarem exaudisti me & ambulabam in latitudinem nisi ambularem in caritate quae diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum quid datus est nobis Hic est ille spiritus in quo clamamus abba pater Ac per hoc ipsius est quod mandata dei exquisiuit qui acceptus etiam hoc agit ut largius accipiendus petendo quaerendo pulsando quaeratur Per hunc itaque dilectionis spiritum confirmatus est Ut in conspectu regum non confunderetur Ut in mandatis dei cogitationem suam exerceat & ualde eadem mandata diligeret Eleuans manus suas non ad terrana opera sed ad caelestia exerceatur in iustificationibus dei **La Memento uerbi tui seruotuo in quo mihi spem dedisti** Haec me consolata est in humilitate mea quia uerbum tuum uiuificauit me **C**um dicitur de memento orantis desiderium quod promissum accelerari potest ostenditur non de quasi ideae recordatione exciderit admonetur Memento inquit uerbi tui seruotuo hoc est in quo uerbo desperare fecisti haec me consolata est in humilitate mea Haec scilicet spes mea consolata est quae data est humilib; dicente scriptura De superbis resistit humilib; autem dat gratiam quia uerbum tuum uiuificauit me quia fecit me in desperare & non deficere in tribulatione

Superbi inique agebant usquequaque lege autem tua non declinaui

Superbos intellegi uoluit persecutores humilium hoc est impios persecutores priorum & ideo subiecit lege autem tua non declinaui quia hoc eum persecutio compellebat **Memor fui iudiciorum tuorum a seculo**

A seculo inquit ex quo genus hominum sumpsit exordium memor fui iudiciorum tuorum & quia probaui quod omnis uia tuae misericordia & ueritas consolationem accepi in auxilio gratiae tuae & per ipsa quoque uasa irae intellexi diuinae gloriae tuae in uasa misericordiae

Taedium detinuit me a peccatoribus derelinquentibus legem tuam Cantabiles mihi erant iustificationes tuae in loco pincolatus mei

Quamuis taedium pateretur a peccatoribus cum quibus eum presentis uitae peregrinatio detinebat tamen cantabiles ei erant iustificationes dei quia peregrinanti gratia solabatur

Memor fui in nocte nominis tui domine & custodi uilegem tuam

Nox est in aeternum nam mortalitatis nox in superbis inique agentibus nox in taedio peccatoribus derelinquentibus dei legem nox est postremo in loco peregrinationis huius donec ueniat tibi & in lumine & abscondita tenebrarum in hac ergo nocte memor debet esse homo nominis domini ut legem eius custodiat & hoc ipsum ad gloriam dei referat quo ad iutorium nunc in homine domini

Haec facta est mihi quia iustificationes tuas exquisiui

Iustitias utique tuas quibus iustificas impium non meas quae non pium faciunt sed superbum. Quae est ergo de qua dicit haec facta est mihi. Non enim lex intellegenda est quam masculino genere grecus enuntiat cum melius accipiatur de nocte quia superius dixerat memor fui in nocte nominis tui quae facta est mihi id est ut prodesse & mihi quo haec ipsa humilitas in loco peregrinationis huius quae merito nox intellegitur prodest eis qui salubriter exercentur in ea ut discant non superbire propter quod malum in istam noctem pulsus est homo

THETH. Portio mea domine dicit custodire legem tuam

Nisi quia ita erit portio cuiusque dominus cum legem ipsius custodierit sed quia hoc non dedit sine adiutorio dei quid precipiat obtineri ostendit adiungens

Precatus sum faciem tuam in toto corde meo miserere mei secundum eloquium tuum

Quid autem haec prece obtinuerit & in quem profectum pueniret. Consequenter ostendit dicens

Cogitavi uias tuas & auesti pedes meos in testimonium tuum

Auertit inquit pedes meos ad uis quae mihi displicuerunt ut irent in testimonium tuum

atque ibi haberent uiam. Quod autem hic positum est auertere pedes meos in

nonnullis legitur Averti stipes meos ut hoc di potius gratia tribuatur sed
siue hoc siue illud sit dubitari non potest diuini esse muneri cum & recte cogita-
tamus & pedes nros ab errore reuocamus Quotiens enim bona agimus di immo-
bit atq; nobiscum ut operamur operatur **Paratus sum & non sum turbatus**
ut custodiam mandata tua Confiteatur humiliter ad custodiendam
mandata constantem se factum esse per gratiam **Funes peccatorum**
circumplexi sunt me & legis tuae non sum oblitus Peccatorum non ab
eo quod sunt peccata declinatum est sed ab eo quod sunt peccatores fines itaq; pec-
catorum impedimenta inimicorum siue spiritualium siue carnalium qui scos
pdilege usq; sanguinem decertantes quib; libet & difficultatib; implicare conant
quib; eos a constantia patiendi quasi fimb; ac restib; retraherent sed si impli-
cant corpus non implicant animum In quo iste legis di non est oblitus quia
sermo di non est alligatus **Media nocte surgebam ad confitendum**
tibi super iudicia iustitiae tuae Media nocte profunda tribulatio e-
quia non sic affligebatur ut surgere non ualeret Surgebat autem ut
confiteretur do iusto iudicio eius datam peccatorib; potestatem quia
scos di psequerentur quos adiuuat gratia di ut huiusmodi exercitia facerent
clariore **Particeps ego sum omnium timentium te & custodientium**
mandata tua Uox ista proprie ipsius capit is intelligenda est non enim
efficeremur participes diuinitatis xpi nisi ipse mortalitatis nostre parti-
ceps fieret Per hanc autem participationem eius nobis gratia subministrat
Ut caste timeamus dm & custodiamus mandata eius Ideo qui pcedit hominu
Immortalis mortalium suscepit naturam & participando suam fecit
ut granum caderet in terra mortificatum q; multum fructum faceret
Misericordia tua dñe plena terra In eo utiq; quod iustificatur impius in
cuius ineffabilis gratiae scientia ut proficiatur adiungit **Ceterum**
et iustificationes tuas doceme Bonitatem fecisti cum seruo tuo dñe se-
cundum uerbum tuum **Fecisti** inquit dñe ut me delectaret & bonum qd
utiq; magnum est donum tuum secundum uerbum tuum hoc est secundum
pmissum tuum ut firma sit pmissio omni semini **Suaui-
tatem et eruditi-
onem & scientiam doceme** quia in mandatis tuis credidi
Augeri sibi ista poscit & perficit ei gratia di magis magisq; hmoib; dulcedi-
ne bonitatis Docet autem di sua uirtutem inspirando dilectionem
docet disciplinam temperando tribulationem Docet scientiam in sinu

+
funes lege no
fines.

ando cognitionem quia mandata tua credidi. Hoc est credidi quod tu illa
 mandaueris quidonas ut fiant non autem homo qui & si potest notum facere
 preceptum. Oboedientiae tamen tribuere non potest donum. Docet discipuli
 nam docendo patientiam. Docet scientiam illuminando intellegendam quomodo
 te credidi illa mandasse. quid sit & hominibus donas unde possit facere quod mandas.

Priusquam humiliarer ego deliqui propter ea eloquium tuum ego custodiu

Propter primum inquit dilectum humiliatus sum & nertus sum humiliarer
 eloquium tuum custodiu ita gratiam tuam profuit experire poenam ad
 quirerem oboedientiam. **S**uauius est uide et omnia sua uitate doceme
 iustificationes tuas. Vere uult facere iustificationes dei quando eas in eius
 sua uitate uult discere. **M**ultiplicata est super me iniquitas superborum

Eorum scilicet quibus non profuit quod postea quam dereliquit humiliata est huma
 na natura. **E**go autem in toto corde meo scribabor mandata tua.

Quanta libet inquit habundet iniquitas non refriget cor in me caritas
 Ad hoc enim mandata amans seruator ut perfectus ea faciendocognosca

Coagulatum est sicut lac cor eorum ego autem legem tuam meditatus sum

Cor inquit superborum obduratum est. Ego autem legis tuae meditatione
 didici quia superbis resistis & humilibus das gratiam.

Bonum est mihi quod humiliasti me ut discam iustificationes tuas

Poenam conuertisti mihi ad disciplinam & humilationem. ad eruditi
 onem quia iustificationes tuas ita cupio nosse ut fatiam. Non enim est
 uera scientia boni nisi ad hoc cognoscatur ut agatur. **B**onum mihi

lex oritur super milia auri & argenti. **U**t amplius diligat cari
 tas legem dei quam diligit cupiditas milia auri & argenti. **IOH.**

Manustuae fecerunt me & plasmauerunt me. **M**anus domini sunt
 potestas dei que efficit opera uoluntatis suae ut nihil deo praeuentionem

manus corporeae cogitemus quod si pluralis numerus mouet accipiantur
 manus dei uirtus sapientia quod utrumque unus est christus qui & brachium
 dicitur domini accipiantur pro stremo manus dei filius & spiritus sanctus qui & spiritus
 sanctus cooperatur est patris & filii. Tantum ut immatura incommutabilis
 ditatis nulla forma corporea sentiat. quod ergo ait. Manustuae
 fecerunt me & plasmauerunt me. Non incongrue ita
 discernitur ut fecerunt ad animam. plasmauerunt uero ad corpus pertineat.

Licet soleant haec indifferenter posita reperiri. hoc autem opus dei non so

lum in primi hominis conditione preces sit In quo omnis semmaliratione
sunt conditi sed & iam in cotidiana singulorum hominum creatione p
fictur quia si operatoria illa di potentia ab hoc se opere continere &
cuncta deficerent.

Damihintellectum ut discam mandata tua
Numquid ita condita est humana natura ut careat intellectu quid i
gitur dari sibi postulat nisi quod peccata uitio ipsum primitus ra
rationalis corruptum tum est & gratie munere formidandum est.

Non enim sufficit naturae quod ei remansit nisi recipiat a reparatore
quod perdidit Dñs ergo ih̄s in hoc psalmo p̄ prophetiam tanquam sibi
p̄ciuit intellectum dari Adeo corpori suo quod est ecclesia Cum ipso
enim uita corporis eius hoc est populi eius abscondita est in dño & ipse meo
dem corpore suo indigentiam patitur & per id quod membris suis ē
necessarium.

Quicquid te uidebunt me & iocundabuntur
quō muerba tua speraui.

Presens uita scōrum timoris est & labo
ris sed habent spem laetitiae & iocunditatis aeternae quia ergo ad
huc non timet ecclesia & nondum se uidet in eo regno ubi secura gaude
bit ipsa est quae & iam & ipsa est quae uidebitur quō inter presentes
temptationes in promissis a dī sperare non deficit.

Cognouit dñe quō
iustitia iudicia tua & ueritate tua humiliast me. Fiat autē
misericordia tua ut consolētur me secundum eloquium tuum ser
uotuo.

Quamuis graue iugum sit super filios adam quo creatura hu
mana deprimatur Cognouit tamen quod iusta sunt iudicia tua & se
cundum ueritatem humilatus est homo. Fiat ergo misericordia tua
secundum p̄missionem tuam de presentib. munerib. accipiat mortalis uita
solatium & futura aeternitatis bona patienter expectet.

Uemant mihi miserationes tuae & uiuam. Quando non timebo nemori
ar ipsa est enim uera uita quae sine ullo additamento dicitur quasi
aliud ibi non sit uiuere quam sine ullo fine & sine ulla miseria uiuere.

Quia lectua meditatio mea est. Haec meditatio nisi ēē infide qua
p̄ dilectionem operatur ad uitam non p̄uenit & aeternam. Non ergo
utiliter meditatū legem dī qui laborat ut actio teneat quod actione non
implet.

Confundantur superbi quia iniustae iniquitatem fecerunt
in me ego autem exercebor in mandatis tuis. Quamuis seuiant
supbi & iniquitatem operantur in scōs caritas tamen priorum non

refrigescit & amandatorum di exercitacione non desinit **Conuertantur**

ad me qui tenent te & qui cognoscunt testimonia tua Non est quisquam

hominum qui possit hoc dicere preter illum qui cum sit di uniuersitatis

naturam sibi uniuert humanam. **naturam** ad quem conuertentes timentes

dm & cognoscentes compleri testimonia di quae de illo prophetae tanto an

te predicta sunt **Fiat cor meum immaculatum in tuis iustificatio**

nib: ut non confundar Redit ad uocem corporis si hoc est membror

suorum quorum cor fit immaculatum p ipsum corporis caput hoc est

p gratiam di in generationis lauacro ubi ablata sunt omnia peccata

preterita in adiutorio sps quo concupiscimus aduersus carnem necius

cupiditate uincamur in dominice orationis effectu qua dicimus dimit

te nobis debita nostra Ita donata nobis regeneratione fusa precatone

fit cor nostrum immaculatum ut non confundar quia & hoc ad iusti

ficationes di p tan & quando in teralia eius mandata precipitur. Dimit

tate & dimittetur uobis. Date & dabitur uobis **CAPH Defecit in**

salutare tuum anima mea & in uerbum tuum super speraui

Non ait defecit salutare tuum sed defecit in salutare tuum. Hoc est

ad salutare tuum anima mea. Bonus est ergo iste defectus indicat em

desiderium boni. Nondum qui dem adepti sed auidissime concupit

quod desiderio inflammatis sunt omnium temporum sci quia sicut

numquam defuerunt qui in carnationis xpi aduentum desiderarent.

Ita postquam ascendit in caelos non desinit qui manifestationem

ipsius qua iudicandos uiuos & mortuos uenturus est concupiscant.

Defecit ergo in salutare tuum anima mea & in uerbum tuum super

speraui haec enim spes promissitui facit ut quod nondum uideo &

uehementer desiderem & patienter expectem. **Defecerunt oculi**

mei in eloquium tuum dicentes quando consolaberis me. In oculis

interiorib. idem defectus desiderii eius addi eloquia id est promiss

sa tendentes cui speratorum consolationum longesunt more quia

& iam quod subuenientia breue est longum uideatur optanti **Fluit**

Quo factus sum sicut uter in pruina iustificationes tuas non sum ob

Per utrem carnem mortis huius p primum uero caeleste beneficium

uult intellegi quo carnales concupiscentiae uelud frigore cohiben

te torpescat & hinc fit ut iustificationes di de memoria non labant

Quot sunt dies seruo tuo quando facies de sequentibus me iudicium

Et in apocalypsi est ista uox martyrum & discipuli ad dnm indicari sibi diem finis exposcunt sed illis patientia indicitur & istis constitutio secreta non panditur. In his ergo psalmi uerbis bene intelligitur haec ipse ecclesiae inquisitio prophetata **Narrauerunt mihi iniqui delectationes sed non uidebantur.** **F**abulas uanarum opinionum delectabiles eloqui arte compositas ab iniquis sibi dicit esse narratas sed nihil se meis utile reperisse sicut in lege dñi in qua est ueritas. **In iustis persecutisime me adiuua me**

Mendaciorum inquit fabulas ueritatis mandata preposui & ob hoc me in iustis persecuti sunt falsitatis amatores. Ego adiuua me ut possim usque ad mortem proueritatem cedere. **Paulo minus consummauerunt me in terra ego autem non dereliqui mandata tua.** **S**trage martirum facta dum confitentur & predicant ueritatem quam ate ad iustus non deseruit.

Secondum misericordiam tuam uiuifica me & custodiam testimonia oris tui

Martires enim quia misericordia dñi ad iusti & uiuificati sunt ueritatem quae uita est non negantes pro eadem moriendo uicerunt. **L**amed.

In aeternum dñe uerbum tuum permanet in caelo. **P**ermanet uerbum in angelis custodiens sine defectione aeternam militiam.

In generatione & generatione ueritas tua fundasti terram & permanet.

Post caelestem hierusalem respexit & filiam eius ecclesiam quae in hoc mundo conuersatur & dixit. In generatione & generatione ueritas tua. Haec autem repetitione uel omnes generationes significauit. A quibus non defuit ueritas dñi uel duabus intelligi uoluit unam scilicet ad legem & prophetas alteram uero ad euangelium pertinentem supra fundamentum aeternum quod est xps & terra haec permanet quae tali fundamento constabilita non induratur in seculum seculi. **Ordinatione tua per seuerant dies quo omnia seruiunt tibi.** **O**mnia scilicet de quibus loquebatur & quae ad aeternum pertinent dñe.

Nisi quae lex tua meditatio est forsitan per rissim in humilitate mea.

Lex ita fidei est quae per dilectionem operatur in cuius meditatione permanens

Jauxilium gratiae promeretur ut in tribulationum humilitate non pereat

In aeternum non obliuiscar iustificationum tuarum quo in iustis in iustis

castime. **E**cce unde factum est ut non periret in humilitate sua quo unde est iustificatus inde est uiuificatus.

Tuus sum ego saluum me fac dñe quo iustificationes tuas exquisiui

Non uoluntates meas exquisiui quibus fui meus sed iustificationes tuas ut essem.
iam tuas. *Ne expectauerunt peccatores ut perderent me testimonia
tua intellexi* Non hic morte corporis perire me uolebat quae erat p
ueritate subeunda. Expectabant ergo peccatores ut eis consentiret
ad mala. Tunc enim eum perderent sed ideo non preualuerunt quia testimo
niadi intellexit. id est quia ueritatem confitentes si oppeteret non periret

Omni consummationis uidi finem latum mandatum tuum ualde

Qui intellexit testimonia & sciuit sibi usque ad mortem pro ueritate certandu.
Non ignorauit ^{exemplum} omni impiorum quam beatus finis exceperit. Mandatum autem di
ualde latum caritas intellegenda est quae diligi deus iubetur & proximus
quod ^{quod} esse latius potest cum ibi pendeat tota lex & prophetae. **MEM**

Quomodo dilexi legem tuam domine tota die meditatio mea est

Sic inquit dilexi legem fidei quae per dilectionem operatur ut tota die ide
omni tempore meditatio mea sit. *Super inimicos meos sapereme fecis
ti mandato tuo quo in aeternum mihi est* Finis legis christi est ad ius
titiam omni credenti ut iustificetur gratis per gratiam ipsius. In quem mi
mici huius non crediderunt. hic autem qui iustitiam non suam quae fuit sed
quae ex deo est quem supra inimicos suos saperedei fecit ipsum mandatum sibi
inuenit in aeternum quo non temporalia pro eo praemia concupiuit. diligen
tis enim remuneratio est ipse dilectus. *Super omnes docentes me intellexi*

Super omnes doctores intellexit quem pater docuit quod ex persona uer
bi difficile intellegitur nisi quis utcumque capere ualeat id esse filium
a patre doctum esse quod gentium a quo enim est esse ab ipso & simul doc
tum esse. ex persona uero hominis ubi formam serui accepit. facilius intel
legitur a patre didicisse quae dixit in qua forma puerum putauerunt ho
mines maiores aetatis docendum sed ille quem pater docuit ulterioris erat
intellegentiae quam docentes. *Quia testimonia tua meditatione mea est*

Ideo super omnes docentes se intellegebat quia testimonia dei meditatur
quae de se preueniata esse melius nouerat & implebat

Super senes intellexi quia mandata tua exquisiui

Mandata tua non mandata hominum mandata tua non mandata seni
orum qui uolentes esse legis doctores non intellegunt neque quae dicunt
neque de quibus adfirmant. *Ab omni uia mala prohibui pedes meos
ut custodiam uerba tua* **M**embrorum est uox ista non capit.

non enim ipse saluator corporis nri ullis concupiscentis pulsabat
ut ei necesse esset pedes suos a uia maligne cupiditatis inhibere
Nostros ergo motus nostros cohibet & appretus ut in praua itinera noxius
desiderus non trahamur. **Iudicis tuis non declinaui quia tui le-
gem posuisti mihi.** Perseueranter inquit iudicis tuis credidi quia
tuum mihi legem in corde posuisti tamquam digito tuo scribens ut eam non
tamquam seruus sine amore metuere sed tamquam filius casto timo-
re diligerem. **Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel
& fauim orum eo.** Haec est illa suauitas quam dñs donat ut terra
nostra de fructum suum & ut bonum uere bene id est non mali car-
nalis formidine sed boni spiritualis delectatione facimus.

A mandatis tuis intellexi. Spiritualium membrorum xp̄i uox ista
est hoc enim recte dicit corpus xp̄i in eis quibus mandata seruantibus
propter ipsam custodiam mandatorum prebetur uberior doctrina
sapientiae. **Propter ea odio habui omnem uiam iniquitatis.**

Necessesse est enim ut oderit omnem iniquitatem amor iustitiae qui augetur
et inflammatur. ideo qui obtemperat dō & mandatis eius intel-
git. **IN UNUM. Lucerna pedibus meis uerbum tuum dñe & lumen se-
mitis meis.** Verbum hic intellegendum est non illud quod est aequale
gignendi & quod est uerum lumen illuminans omnem hominem sed
uerbum quod factum est ad prophetas uel quod predicatum est per
apostolos uerbum scilicet xp̄i. Nam & uerbum propheticum lucernae
comparans apostolus habemus inquit certiore[m] propheticum sermo-
nem cui bene factis intendentes uelud lucernae in obis. **Lucerna pedibus meis uerbum tuum dñe & lumen semitas
meis uerbum est quod scripturis sc̄is omnibus continetur. Non itaque
sermo detas sed sermo detatis.** **Jurauit & statuit custodire omnia
iudicia iustitiae tuae.** Hoc appellauit iuramentum quod statu-
it preter sacramentum quia ita debet esse mens fixa in custodien-
dis iudiciis iustitiae dñi. Ut sit omnino ⁺proratione quod statuit.

Humiliatus usque ualde dñe uiuificame secundum uerbum tuum.

Pro eo quod iurauit & statuit custodire iudicia iustitiae dñi per-
secutionem maximam passus est. & ne in tanta humilatione de-
ficeret & uiuificari secundum uerbum promissionis exposcit.

* De quo scriptum est. fides ex auditu auditus autem per uerbum xp̄i

+ iuratione
nō oratio
legendi

Quia in nocte tribulationum lucerna est pedibus: & lumen semitis ipsa est promissio

Uoluntaria oris mei fac bene placita dñe et iudicia tua doceme

Uoluntaria oris quae ad probari p&it sacrificia laudis confessi one caritatis non timore necessitatis oblata iudicia autem dī doceri se cupit non quia ignorat sed ut proficiat *fratris*

Anima mea in manibus meis semper & legem tuam non sum ob ta tamquam ad non obliuiscendam legem dī memoria eius illius manibus adiuuetur *fratris*

Posuerunt peccatores laqueum mihi & mandatis tuis non er

Unde hoc pusi quia anima eius in manibus dī semper est

Filii excusorum intelleguntur apostoli filii prophetarum quorum propheta multis fuit tegminibus obumbrata quam predicatorum euangelii excutiendo reser uarunt. de prophetis ergo post ea hosti apostoli excusserunt patres suos & secreta eorum uentilanda raminati sunt ut essent tamquam sagitte missae in uniuersos fines terre a reuocata dominice iussione.

Beatus qui implet desiderium suum ex ipsis. Beatitudinis apostolice fit particeps quia concupiscit quae illi desiderando adepti sunt & adipiscendo docuerunt ex ipsis ergo implet dicit desiderium quia imitationem ^{ipsum} a eadem gaudia peruenitur.

Non confunditur dum loquitur inimicis suis in porta.

Quis est qui loquitur in porta nisi qui euangelizat in christo qui ipse est ianua in trancium dei regnum inimici autem qui praedicationi uentatis resistunt & dum diuinitati incarnationis domini contra dicunt ab ingressu porte merentur excludi.

INCIPIT DE PSALMO CXXVII.

Beati omnes qui timent dominum qui ambulant in uis eius. Multi homines male conscientiae timent dominum agnoscentesque operibus suis retributio debeat sed cum permanent in peccatis quorum delectatione superantur non medelam capiunt ex suo timore sed poenam. Igitur timor beatitudinis particeps est qui uis ambulat & metuunt nequid de bono quo beatificantur amittant spe gaudentes & in tribulatione patienter. **Labores fructuum tuorum manducabis beatus es et bene tibi erit.** A plurali numero ad singularem propheta translatus est quia omnes in christo unum sumus ex multis membris unum corpus efficitur. dum siue pluribus siue in singulis unus est christus quia & capud in compage & compago omnes in capite. Iste ergo timens dominum & in uis ambulans

quomodo fructum laborum sit manducaturus inquitur & inuenitur quod
iusti non solum fructibus laboris sui sed etiam ipso illo quoad fructum ten-
dunt labore pascuntur dum prius quam premia pro laboris accipiant
sint eis tolerantia amor future portio uoluptatis. **Vxor tua sicut ui-**
tis abundans in lateribus domus tue. Cum multa sanctorum non
habuerint coniugia neque filios quomodo accipiantur huius benedictionis
fuisse participes nisi arum affectionum societas in totius ecclesie corpore
intellegatur per illud scilicet & spiritale coniugium quouero suo christo idem spon-
so sponsa conecitur sacramentum uero istius copule multis nominibus
significatur ut qui adherent capiti nunc membra eius nunc mater & frater
nunc uxor & filii nunc templum & uinea nunc uentur dumphas necessitudi-
num species illa indiuidua unitas fidei & spei & caritatis ostenditur & que
quid christo subiungitur sibi quoque inuicem conligatur ut totius domus la-
tera secunde uitae abundantia uestiantur. **Filius tuus sicut nouelle**
oluarum in circuitu mensae tue. Qui uxor uocabulo appellati
sunt idem commemorantur nomine filiorum de fructu pacis nouellis
oleis comparati quod pacifici filii uocabuntur qui mensam dominicam
sacramentorum atque doctrine cum unanimitate circumstant ut quod
inde percipitur nulla dissensione uiolentur. **Eccce sic benedicetur**
omnis homo qui timet dominum. Caput & corpus christi & ecclesia unus homo
unus est christus qui in se habens benedictionem & sumit & confert.
Benedicat rex rexion & iudeas que bona sunt in ierusalem
omnibus diebus uite tue. Non humana hec sed diuina benedictio est
nec terrene sed celestis ierusalem bona incorruptibilia promittuntur qua
uis enim etiam temporalia commoda sint dei dona non ex tamen spondent
proprie sanctis que communiter largitur & reprobis & eterne igitur ciuitatis
& eterna sunt gaudia & stantium dierum perpetua infinitas nec uariabitur
nec labetur. Ibi uidebuntur filii filiorum idem fructus sanctorum operum &
perpetua iustitie premia que pacis nomine uniuersaliter exprimentur
quia omnis illa beatitudo ierusalem incommutabili pace gaudebit & erit bonum
omnium quod fuerit singulorum. **Et uideas filios filiorum tuorum pax**
super israhel. Omnis promissio aeternorum bonorum pacis nomine
comprehensa est que specialiter ad eos pertinet qui sunt israhel id est uiden-
tes deum de quibus dicitur beati mundo quoniam ipsi deum uidebunt.

INCIPIT DE PSALMO C. XX VIII.

Sepe expugnauerunt me iuuentutem meam dicit nunc ista.
Sepe expugnauerunt me iuuentutem meam. Prophecia sp̄s ecclē
 sian di ad per seueranciam cohortatur ut de superatis persecutionibus in chō
 gloriatur. ab inicio enim in scōs qui sunt istī impū seuerunt sed ecclā siue
 in iuuentute sua siue in gr̄ate maiore. siue in senectute ultimi iam seculi.
 nullis oppressionibus nullis est uicta subplicis cui per passiones & mortes suorū
 corone semper triumphique creuerunt. **Et enim non potuerunt mihi
 super dorsum meum fabricauerunt peccatores prolongauerunt
 iniquitatem suam.** Omnis malorum intentio contra bonos hec est.
 ut eos similes sui faciant & in consensum iniquitatis sue. a fide ac probita
 te traducant. Quodcum obtinere non possunt oprobriis & criminationibz
 impetunt innocencium uitam construentes super dorsum eorum congeriem
 falsitatum. Quia perfectorum fidelium est etiam tales & iniustorum odiorū
 onera sustinere. eam si prolongent iniquitatem suam & nulla correptione
 mutentur. que p̄tinatū malorum longe ab innocentibus separatur. & que
 rectus nulla eorum societate polluitur. **Dñs iustus concidet ceruices
 peccatorum.** Generalem quidem nomen ē peccatorum. quod nec sc̄i qui
 dem ase bestimant alienum. sed aliud est quod cotidie auferitur. Aliud
 quod semper augetur. unde ex ipsa ultionis specie quales hic peccatores
 commemorantur ostenditur cum dñs non manus peccatorum sed ceruices
 concisurus denunciatur. Per ceruices enim superbia significati ē eorum
 qui nullo se reprehendi uolunt. & di uerba tanquam delicta mentis con
 temnunt. **Confundantur & reuertantur retrorsum om̄s qui
 oderunt sion.** Oderunt sion quod erunt ecclesiam & qui dī precepta
 contempnunt sed qui super dorsum fabricauerunt quid faci & ecclesia
 nisi tales specor rectionis ipsorum tolerat usq; in finem ueni & enim quod
 sequitur. **Fiant sicut fenum tectorum quod priusquam euel
 latur arescit. De quo non implebit manum suam qui metit et
 sinum suum qui manipulos colligit.** Contemptores eloquiorū
 dī & amatores mundi foeno quod sup tectū & super parietes nascitur
 comparantur quia dñte tempus messis arescunt & conuidentur
 stare ceciderunt nec inueniunt messoris idē angeli qđ de eis dominicis
 horreis inferatur quia igni deputabit quicquid carebit substantia caritatis.

no hoc.

Et non dixerunt qui preteribant benedictio dñi super uos. 7

Superbi et uani in agro dñi nihil operati sunt nec meruerunt ab eis qui per temporalia ad aeterna transibunt gratiam benedictionis accipere. Omnes enim prophetae & apostoli uniuersiq; sc̄i bene uiuentibus benedixerunt in nomine dñi. non in suo sed in illius cuius gratia erant & cuius pollicitationes bonis & fidelibus promittebant. 7

INCIPIT DE PSALMO. CXXVIII

De profundis clamaui ad te dñe. dñe exaudi uocem meam.

Qui profunditatem malorum uite huius intellegit. & a terrenis erui cupit. iam de his est quia ad ascensionem pertinent gradus & qui superno auxilio cupiunt adiuuari ut per uirtutum pfectus ab imis ad summa conscendant. Clamandum ergo est uoce desiderii sperantis ad dñm ut non de uno tantum sed de multis profundis humanarum miseriarum eruat laborantes quia etiam qui ualde profecerunt habent usq; in finem de quibus cupiant liberari & si magorum & fidelium ista conditio ē. ut quamdiu in hoc seculo mundani maris profunda patiuntur que extremitas demersos habet & eos qui ipsi imis profunditatibus delectantur & tanto magis sunt miseri quanto se putant esse fideles;

Fiant aure tuę intendentes in uocem deprecationis meę. Si iniquitatem obseruabis dñe dñe quis sustinebit. 7

Quia qui uenit soluere opera diaboli hoc est peccata & uenit querere quod perierat dedit spem etiam in ultimo profundo uacanti per quam se ad opem saluantis erigeret. & ideo quantumlibet mole male consuetudinis peccator oppressus habet in psalmi huius forma qđ sequatur implorationis exemplum ne de sua liberatione desperet quia si diuina iusticia hoc hominib; in hac uita redderet & qđ mererentur nemo possit retributionis sustinere iudicium quid ergo spei sit confidenti aperit sermo qui sequitur. 7

Quo apud te propiciatio est & propter legem tuam sustinuit te dñe. Quę est propiciatio nisi sacrificium & quod sacrificium nisi occisio illius agni qui totus est peccatum mundi. & uenit ut legem ueteris testamenti noua lege euangelice ueritatis implet. Lex autem perfectio caritatis ē quia dñs proximoque diligitur & per quam dicitur conditori legis dimitte nobis debita nostra

sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. bene enim sustinet & promissi-
 onis dei quod mandatum eius exsequitur nec frustra sperat parcendum
 peccatis suis qui ignoscit alienis dicente apostolo. Inuicem onera vestra
 portate et sic adimplebitis legem christi. **Sustinuit anima mea in**
uerbum tuum. Expectationis inquit mee substantia est christus & uer-
 bitui promissione non fallor quia ipse est ueritas qui promissit.
Sperauit anima mea in domino uigilia matutina usque ad noc-
tem uigilia matutina speret israhel. Spes fidelium expecta-
 tioque sanctorum non unius diei concluditur sine eumeciam intra bre-
 uia tempora istius uite multorum dierum ortus atque occasus sepe re-
 mouentur. Virtus igitur patientie de illa sumenda est uigilia ma-
 tutina in qua dominus ihesus christus in nostre nature carne surrexit a mortuis ut
 quod precessit in capite hoc in se sperarent omnia membra facien-
 dum quiesces nullis terrendis aduersitatibus nullis terroribus
 obscuranda sed usque in finem presentis uite ubi nox quedam mortis
 interuenit fortiter custodienda est. Ut omnis israhel quousque de hac
 uita exeat hoc quod in domino factum est in se quoque faciendum sperare non
 desinat. hec enim spes propria est israhelitarum spiritualium quorum de-
 siderium non uana neque temporalia concupiscit sed a uigilia matutina
 resurrectionis christi usque in noctem finis sui eocurrat eo tendit quo iam
 in precedente peruenit. **Quo apud dominum misericordia est et multa**
apud eum redemptio est. Fiducia sperantium misericordia dei est
 nec ideo quisquam debet decipienda domini promissione dubitare quia se
 participatione eius nouit indignum cum ipsa confessio per commutatio-
 nem actionis & mentis indulgentiam mereatur & multiplex sit redemp-
 tio eius qui nihil donorum suorum correctis negat & uniuersa uincula
 captiuitatis abrumpt. **Et ipse redimet israhel ex omnibus iniquita-**
tibus eius. Non ergo timeat aliquas iniquitates suas aduersus ad dominum
 tantum ut toto cor de se uoueat. & ea in quibus etiam sibi displicet agere ac
 uelle desistat nec dicat quod illa forte iniquitas remittenda sit. Illa au-
 tem profua qualitate plectenda sed etiam de profundis & a uigilia matutina spe-
 ratur usque in noctem qua redemptor sine peccato ideo pium uisum
 sanguinem fudit ut omnium in se credentium omnia peccata deleat.

INCIPIT DE PSALMO CXXX

Dñe non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei. Neque
ingressus sum in magnis neque in mirabilibus. **S**uperna cuius libet spi-
ritus issahelice in quatuordecim xpi corpus ostenditur scilicet humilitatis ueritas
commendatur & hanc psalmi uocem omnes ecclesie filii suam esse cognoscunt.
quorum temperantia nihil humane glorie concupiscit neque optat de operum
mirabilibus gloriari. ut pro ostentatione uirtutum precium laudis adquirat
cum omnis gratia dei que in quocumque fidelium dignatur operari. Anullo mem-
bro corporis xpi possit abungi. & suum quisque faciat bonum quod per alium
gaudeat effectum. **S**inon humiliter sentiebam sed exaltaui anima
meam. **S**icut ablactatum super matrem suam sic retribucio ina-
nimam meam. **M**ens perfecte humilitatis delectatur a proposito in trepi-
de hac se lege constringit ut euidam maleuolentia fiat obnoxia sed alia
sapere & de aliquibus miraculis uoluerit superbire. sicut ergo male agit
cum infante nondum idoneo. Ad perfectionem solidioris cibi si amat ubi
ribus auferatur cum substantia alimonie eius in matre sit. Ita inquit reti-
buatur anime mee ut cum panem angelorum edere non ualeam potum
materni lactis amittam & uinea que supra me sunt adprehendere non queam
humilitatis bono caream in quo salubrius est proficere quam timere.

Speret isit in dño ex hoc nunc et usque in seculum.

Verus ergo isit que sibi sint in dño preparata prospiciens totam spem su-
am confit in dño. & que sursum sunt sapit nonque super terram
non temporalem querat gloriam sed eternam nedum bona fallacia amat
uetera non capiat. **I**NCIPIT DE PSALMO CXXXI.

Memento dñe dauid et omnis mansuetudinis eius.

Congruit quidem persone beati dauid ut apud dñm memoriam haberi
cupiat mansuetudinis sue cuius obseruantissimus fuit & de qua secun-
dum historiam testis est ordo gestorum sed altiore intellectu sermo
propheticus accipiendus est ut scilicet ad illum hominem qui in capite
& in corpore id est in xpo cetera unus homo est. hec uerba referantur
quibus plene utitur tota ciuitas & omnis conspectus sanctorum mansuetudine
potencium & humilitate sublimium huiusque propositiuo tum offerenci-
um dñi ut tabernaculum ipsius efficiantur & templum quod anima om-
nis fidelis quodam insolubili iuramento proficitur & sancti cupiens se in
eternum ad dñm possideri & habitaculum esse sps sei. **S**icut iurauit dño

uotum uouit dō iacob. **S**untroiero intaber-naculū domus me-
 si ascendero in lectum strati mei. **S**i dedero somnum oculis meis
 aut palpebris meis dormitatione. **E**t requiem temporib. meis
 donec inueniam locum dño taber-naculum dō iacob.

In his omnibus uoti per seuerantia & fidei feruor ostenditur ut enim quis
 locus sit dño & taber-naculum dō iacob. A propria utilitate ad bonū
 debet commune transire non in se requiescere nec in suis delectatio
 nibus dormire quod faciunt qui sua querunt nonque ihū xpī que
 autem sunt ihū xpī non singulorum membrorum sed totius corporis
 bona sunt & nullus non habet de quibus nemo non gaudet. fit ergo locus
 dñi & taber-naculum dī iacob. que ecclesia coaptatur que corpori xpī
 per spm caritatis unitur. nec usquam alibi beatus fieri capit. nisi in illa
 domo do qua dicitur. beati om̄s qui habitant in domo tua in secula seclorū
 laudabunt te. **E**cce audiuimus ea in eufrata inuenimus ea in cam-
 pis silue. **E**ufrata nomen hebreorum inter precatur latine speculum in
 quo prophete significationis Imago precessit per speculum enim prophe-
 tis adnunciata hec sedis uel habitatio dī de qua dicitur. ecce audiuimus
 ea in eufrata idē in loquus prophetarum. Inuenimus eam in campis silue
 hoc est in latine gentium in quibus fuerunt uepres idolatrie concretiones er-
 rorum & siluestris incultarum mentium feritates. quod ergo audiuimus
 ex libris iudeorum manifestum est in fide gentium. **I**ntrabimus in ta-
 bernaculum eius adorauimus in loco ubi steterunt pedes eius.

Qui intrant ut inhabitent ipsi sunt qui ut abitentur intrantur & hi sunt
 in domo dī qui sunt domus dī ut uere in regno dī sint quibus dici potest
 regnum dī intra uos ē. Adorant ergo isti in loco ubi steterunt pedes
 uel ipsius domus per manentis in dño uel ipsius dī quid domus perse-
 uerantis habitator est. sicut autem non est locus adorandi nisi in ec-
 clesia catholica ita nemo potest dicere dñm ih̄m nisi in spū sc̄o.

Ex surge dñe in requiem tuam tu et archa sc̄ificationis tue.
Ecclēsia id est corpus xpī capiti suo dicit. dormisti per conturbatio-
 nem crucis surge in requiem eternitatis tue et archa sc̄ificationis tue
 ut gloria resurrectionis non solum in capite membrorum sed etiam
 in membris capitis impleatur que membra archa sunt sc̄ificationis
 dō siue per incarnationis ueritatem siue p̄ gratia electionem ut

in persona mediatoris & omnium hominum xpi ihu intellegatur et altare
propiciationis et archa sacrificii & archa doe trine.

Sacerdotes tui induantur iustitia et sci tui laetentur.

Te inquit resurgente a mortuis & eunte ad patrem regale illud sacerdo
tium induatur fide quia iustus ex fide uiuit & accepto pignore sps sci
laetentur membra spe resurrectionis que precessit incapite.

Propter dauid seruum tuum non auertas faciem xpi tui.

Hoc do patri dictum est ab ecclesia subplicante ut meminerit promiss
sionum suarum in domum dauid ne omne israheliticum genus pereat
propter facinus impiorum qui licet & receperint & recipiant quod
merentur multa tamen ex ipsis milia iustificata sunt per fidem &
inde apostoli in doctores inde tot martires & primogenitator
us ab optionis electi ut frumete discernerentur a paleis & reliqui
& salue fierent pro quibus & dñs in cruce orabat dicens. Pater dimit
te illis non enim sciunt quid faciunt. **I**urauit dñs dauid ueritatem &
non penitebit eum. **S**icut iuramenti nomine in do constitutio signi
ficatur incommutabilis ueritatis ita penitentis appellatione
conuersio sententis demonstratur. unde ideo dicitur dñs non pe
nitere quod statuit numquam mutare quod quid aliud quam
aeternitas donorum & iudiciorum eius ostenditur. **D**e fructu
uentris tui ponam super sedem tuam. **D**auid in quo persona est
capitis & corporis id est xpi ecclis hanc promissionem accepit
quod fructus uentris eius super sedem ipsius esset ponendus cuius
regnum manet in aeternum quia ideo fructus uentris dicitur quia
saluator secundum carnem uirginis matris est filius conceptus
non per uirilem coitum sed per spm scm. **S**icut custodierint filii tui
**testamentum meum et testimonia mea hec que docebo eos Et filii
eorum usque in seculum sedebant super sedem tuam.** **C**ustodibus tes
tamenti hereditas pollicitationum & eterni regni beatitudo promittit
quia non solum filii dauid sed etiam filiorum eius filii dicitabuntur sed
hanc gloriam semen fidei non carnis propago consequitur & in toto
mundo qui sunt in fide scorum patrum ipsi in honore munerantur he
redum. **Q**uo elegit dñs sion per elegeit eam in habitationem sibi.
Sion ipsa est ecclesia & ipsa est ierlm celestis ad cuius pacem currunt qui

eciam nunc peregrinantur ipsa est ciuitas^{di} que ex meliore sua parte
semper cum auctore suo mansit & partem que per di gratiam coti
die ab exilio reuocatur exspectat ut simul tota sit sui habitans
& edificatio. *Hec requies mea in scdm scti hic habitabo quo elegia*

Aparet quam ineffabili dilectione ecclesiam suam diligit d^s
quando eam requiem qua ipsam facit requiescere suam die & cu
inde mutabilem ciuitatis tranquillitatem nullius unquam laboris
perturbatio fatigat. huius uero tanti muneris que principalis
causa sit plenissime demonstratur cum dicit d^s. quo preelegiam
scdm qd in euangelio d^s ait. Non uos me elegistis sed ego elegi uos.

Uidua eius benedicens benedicam pauperes eius saturabo panibus.

Tota ecclesia dⁱ in d^m sperans & humilitate proficiens forma uidue gerit
que quo consolationem huius mundi non habet. instat oratione nocte & die
& solo & diuino ficit auxilio pauperes quoq; hi significantur de quib; dicit
beati pauperes sp^u. & beati qui esurunt & siciunt iusticiam quo ipsi satu
rabuntur. Cibo utiq; gratia & pane iusticie ut educant illum qui dicit.
Ego sum panis qui de celo descendi. Viduas igitur & pauperas non in
solum mulieribus maritorum consortio destitutis neq; in eis tantum qui inopia
laborant intellegatur sed in omnib; membris corporis xpⁱ qui aliud est
quod tolerat labor necessitatis aliud quod legit amor religionis.

Sacerdotes eius induam salutare et sei eius exultatione exultabunt

Salutaris id est salutem afferens xpⁱ est quo quisquis regenerationis in
ducitur dicente apostolo qui quod in xp^o baptizati estis xp^m induistis.
& hoc uniuersa eccl^a sub nomine adsequitur sacerdotum quia totius popu
lus xpⁱianus sacerdotalis atq; regalis est. Verum plenius hoc ipsi recto
rer plebis accipiunt qui specialius summi pontificis & mediatoris perso
nam gerunt *Illuc producam cornu dauid.*

In cornu altitudo significatur non in se sed in d^{no} gloriantium quia
sublimitas cornuum mensuram totius excedit.

Paraui lucernam xp^o meo. Id est p^remisi ante ipsum propheciam
cuius lumine uterentur quierant in ignorantia & tenebris constituti
unde & beatus petrus apostolus dicit. habemus firmiorem prophetica
sermonem cui bene factis intendentes quasi lucerne lucenti in caligatino
so loco. & ipse d^s ait de baptista & iohanne ille erat lucerna ardens & lucentis

merito ergo sibi exultatione exultabunt. quia non in se sed in christo glori-
ficantur. *Inimicos eius induam confusione super ipsum autem
florebit sibi factio mea.* Aperte significatum est quid debeat
inimicis gratia christi & que in ipso sibi gloria preparata, retur cum christus
in toto suo corpore refulgebit & erit deus in omnibus;

INCIPIT DE PSALMO. C. XXXIII.

Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in unum
Bona & iocunda habitatio est que inter filios adoptionis efficit
unitatem & preter corpoream ac localem habitationem fratres nos
animos fidei pace conecit quod tunc uere impletur cum in unum ca-
put totius corporis christi omnia fidelium membra concurrunt.

Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam illius aaron

Per aaron sacerdotem ille indicatur sacerdos qui ueri pontificis sa-
cramentum non in alieni generis hostia sed in oblatione corporis & san-
guinis sui solus implebit idem sacerdos idem uictima propiciator & pro-
piciatio omniumque mysteriorum quibus nunciabatur. Effector qui
mortuus sepultus resuscitatus ascendit in celos naturam humanam
super omne nomen exaltans & mit tens spiritum sanctum cuius unctio omnem
ecclesiam penetrat. Acapite enim id est a christo manans benedictio
non solum in barbam sed decem in ora uestimenti eius id est usque ad infima
membra descendit in barbam autem que unguentum fluens acapite prima
suscepit apostoli significantur & martyres in quibus uirtus capitis
& sacramento eminens & exemplo *Quod descendit in ora uestimen-
tius sicut ros hermon qui descendit in montem sion.*

Roris descensio super nos gratia significatio est que sanctorum est origo
meritorum. hermon autem inter pretares dicitur. Lumen exaltatum
quod intellegitur ihesus christus qui ascendens in altum captiuam duxit
captiuitatem dedit dona hominibus. ab ipso enim in sion id est in eccle-
siam uenit pluuia carismatum exoritur. ex tota conpage fructus
benedictionum & fortitudo uirtutum. *Quo illic mandauit dominus
benedictionem & uitam usque in seculum.* Gratia roris her-
mon ibi descendit ubi per unitatem caritatis habetur participatio
benedictionis ipsi enim in unum habitant qui in christo concorditer uiuunt
& in diligendis non solum fratribus sed decem inimicis seruant precep-

tum quo propter secutorib. suis iubentur orare quō proximicis suis est
mortuus dñs que eos facit participes eternitatis quos imitatores habue-
rit dilectionis. **INCIPIT DE PSALMO C. XXX. III.**

Ecce nunc benedicite dñm om̄i serui dñm. Qui statis in domo
dñi in atriis domus dñi nostri. Nunc inquit id est in hoc tem-
pore tribulationum & angustiarū in t̄p̄r p̄secutionū & lacrimarū ben̄ dñm om̄i qui uno cor-
de & uno sp̄u in confessione & laude dñi permanet stans idē per-
seuerans in latitudine fidei & sp̄i & caritatis. **In noctibus extol-
lite manus ur̄as in sc̄a & benedicite dñm.**

In aduersitatibus ait que diem uite huius obscurant nolite deficere
sed manus ur̄as in opere sc̄itatis extollite ut benedictiones que uoce
promuntur in conuersatione ur̄e pietate uideantur.

Benedicat tech̄is ex sion qui fecit celum et terram.

Plares ortus est ut benedicerent dñm & ipse unum benedicit quia
ex pluribus unum fecit. ut omnis ec̄la cuius corpus unum & anima una
benedictionem tanquam homo unus accipiat. **INCIPIT DE PSALMO**

C. XXX. III. Laudate nomen dñi laudate serui dñm.
Qui statis in domo dñi in atriis domus dñi nostri.

Bona cohortatio & utilis qua in dñi laudem serui ipsius incitantur
cum utique hoc non negat d̄s cuius gloria nec minor se potest esse
nec maior sed quia tali officio proficiunt laudatores & h̄s cum eū
timere atque amare quem laudant persistat fidelis deuotio diui-
narum confessione uirtutum ut obseruantia consuetudinis fiat
sacrificium uoluntatis quales autem eē debeant predicatoris d̄i
consequenter ostenditur cum dicitur. Qui statis in domo dñi in atriis
domus dñi nr̄i. Id est qui in preceptis d̄i infatigabiles permanet ex
hoc ipso quod in dñi domo statis ipsi gratias agitis qui soluit compe-
ditos in luminauit cecos erexit elisos & dedit uobis sp̄m intellegen-
tiae qui uos in dilectionem & in laudem eius accendet &.

Laudate dñm quō bonus dñs psallite nomini ei quō suauis est.

Laus dñi nec uberius significari nec plenius potest quam cum
dicitur bonus uerum hoc non cum ceteris bonis que non sunt nisi
per ipsum sed p̄p̄om̄ibus singulariter intellegendum est. quia
aliud est bonum. omnia bona faciens & auctorem sui non ha-

no b̄y.

bent aliud quod nisi fieri & esse non possent. Unde dicitur nemo bonus nisi unus deus. nec est ulla creatura comparabilis creatori que si quid boni habet non est ei proprium sed acceptum. hoc itaque summum & incommutabile bonum laudatoribus suis participationem suae suauitatis impetit. Per hoc quod homo qualis pater filius dei factus est mediator dei & hominum homo christus ihesus. Ipse est enim secundum quod uerbum caro factum est panis est hominum qui descendendo. ad nos per nos nobis ad se per se fecit ascensum & bibendo calicem nostrae infirmitatis fecit nos calicem suae gustare uirtutis ut agnosceremus & confitemur quoniam suauis est deus.

Quo iacob elegit sibi deus israel in possessionem sibi.

Tota suauitas bonitatis dignitas ipsius demonstratur quia iacob elegit sibi deus & israel in possessionem suam fecit excipiens illam sibi domum quam specialius eligeret & ornaret. quamuis enim omnis gentes ipse condiderit hanc tamen non sicut aliam commisit angelis sed suo nomini proprio deputauit. Ita disponens sacramentum uocationis suae ut electio israel ad salutem omnium gentium pertineret & promissionis filii israel in eternam hereditatem non ex carnis propagatione sed ex regenerationis adoptione uenturis.

Quo ego cognoui quia magnus est deus et deus noster super omnes deos.

Contemplatio prophetica altiora operum dei. secreta conspiciens ego inquit cognoui quam magnus est deus & quod propositum eius atque consilium nullo explicatur eloquio. sed quia super omnem potentiam excellit omnipotens neque ulla natura est super quam non creator eius emineat commemo. rentur de conditis perque intellegantur mirabilis conditoris. **Omnia quecumque uoluit deus fecit in celo et in terra in mare et in omnibus abyssis.**

110
Quidquid creaturarum est in celo et in terra in mari & in abyssis deus fecit nec est ulla natura ulla uel substantia que non precepto eius existerit. increanda autem uniuersitate rerum atque formarum non operatio fuit laboris sed ratio uoluntatis quam nullum precessit tempus nullus est moratus. effectus hanc potentiam homo totius mundi consideratione cognoscens confiteatur.

Quia cum magro cordis sui aliquid boni nascitur de opere & munere est celestis agricolae que ea que insituit per naturam & cor

rupta sunt per inobedientiam dignatur reparare per gratiam.

*Suscitant nubes ab extremo terre fulgura impluuiam
fecit. Qui producit uentos de thesauris suis.*

Hec omnia in toto mundi corpore diuina & diuina arbitrio quacumque cum multa admiratione laudanda sunt & in eis intellegendum est quae operetur deus in ipsis omnibus quos ad imaginem & similitudinem suam fecit & refecit.

*Qui percutit primogenita egypti ab homine usque
ad pecos. Primogenita hominum sunt principia bona &
probabilis uitae quae initium sumit ex fide cum igitur aliquid
christiani aut schismata aut hereses mouent & ecclesiam di-
quibus possunt ad afflictionis impetunt sunt egyptii quo-
rum nomen interpretatur afflictio populi dei & percutiuntur
in primogenitis suis id est in fide quae dum acritate ecclesie
deus extinguitur. Hec autem pessima plaga in homines
percutiuntur & peccora hoc est qui sapientium doctorum
quae speciem gerunt & hi qui pro causa stultitiae et imperitiae
posse peccoribus comparari. *In misit signa et prodigia
in medio tui aegypti in pharaonem et in
omnes seruos eius.**

Nihil habent bonae significationis eorum nomina in quos iram suam dominus effudit. nam & pharae dissipationem & egyptus afflictionem sonat. afflictionem regem habet & dispensationem quia illi qui affligunt etiam dissipati affligunt & regis sui summum euertere famulantur.

*Qui percutit gentes multas et occidit reges fortes.
Seon regem amorreorum et occidit regem basan et omnia regna
chanaan. Interfectiones quidem regum & gentium
aduersum cum populo dei ita ut narratur impletae sunt
sed quia propheticus est textus ystoriae non carent si-
gnis scriptorum nominum. qualitates ut interpretacionum
significationem cognoscat ecclesia quorum maxime hos-
tium cedere saluatur interpretatur namque seon temp-
tatio colorum & amorrei interpretantur amaricantes. cumque temptatio colorum
non sit nisi mendacium quod ut facilius obrepat colorem sibi uentatis adsumit.*

Quid mirum si amari canentes mendacis regis simulatione ducuntur. quō & ipse mendacii pater diabolus transfiguratur se in angelum lucis & temptatio colorum contrarios ueritati faciat esse quos decipit sed hi homines spitaliter occiduntur cum moriuntur diabolo ut uiuant dō. & qui crediderant mendatio credant potius ueritati manus autem dñi quia succiones & uiuificationes facit. Og regem & basan populum eius interimit. Oe enim inter pretatur conclusio Et basan inter pretatur confusio. Talis quippe conclusio intercludit uiam que ducit ad dñm & inter ceptos ad confusionem perducit & iniquos modo concludit ne credant in xpm quando xps aparuerit confundentur nisi nunc gratia conuertente mutentur. Canaan uero interpretatur paratus humilitati. Que humilitas penalis intellegenda est quae paratur superbis. quimodo non in humilitate sed in elatione sunt positi & preordinantur in id quod retribuendum est uanitati. *suo*

Et dedit terram eorum hereditatem hereditate isrl̄ populo

Fit hoc cotidie nam quod alii per meritum suum perdunt alii per gratiae munus adquirunt quem iacob elegit sibi dñs isrl̄ in possessionem sibi & habenti dicitur tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam.

Dñs nomen tuum in aeternum & memoriale tuum in generatione & generatione.

Idest uirtutum tuarum miracula non cessant & quae operatus es significando operaberis indefinenter implendo memorialem autem dñi in eo intellegitur quod non obliuiscitur promissionum suarum sed omnino efficit quod spondit & hoc fit a generatione in generationem. quia alia est generatio hominum quae nascuntur mundo. alia quae nascuntur dō sed in utraq. sub altissimo iudicio dī & opus naturae impletur et gratiae.

Quo iudicabit dñs plebem suam et inseruis suis deprecabitur Excepto iudicio futuro iam iudicata est plebs iudeorum quidē iudicata separati hinc s̄ iusti & remanserunt iusti. audi dñm dicentem in iudicium ueni in hunc mundum ut qui non uident uideant & qui uident ceci fiant. Excecati enim sunt superbi

inluminati sunt humiles & hoc in uno populo qui & iacob & israhel gene-
raliter appellatur. una enim persona est domus iacob & domus
israhel una gens una plebs hanc inuitat & hanc dimittit tunc multos ase-
rocibus credentes ab infidelibus separando in seruis suis igitur
deprecabitur dominus id est inuocabitur uel exorabitur & in om-
nibus nationibus erunt homines israheliticæ dignitatis cum iu-
dei ex maxima sui parte erunt impii & ueritatis inimici sed
quia spiritalis iacob ex omni gente adsumitur idolorum cultu-
ribus infidelitatis cecitas exprobat. *Simulacra gentium
argentum et aurum opera manuum hominum.*

Omnis ex quacumque natione uerbum domini nescientes & christi euangelio
resistentes idolorum cultores sunt & in cordibus suis falsitatem
dogmata fabricantur id quod finxerint simulacrum est &
si quid ratiocinando numerint id argenteum uideatur aut aure-
um quia humane sapientie argumentis & eloquio coloratur ut ueren-
tiam sibi promendatorum arte conciliet in huiusmodi ergo figmentis ope-
ra sunt manuum hominum que humanus error excogitauit non doctri-
na ueritatis instituit. *Oculos habent et non uident aures ha-
bent et non audiunt nares habent et non odorabunt.
os habent et non loquentur manus habent et non operan-
tur pedes habent et non ambulabunt non clamabunt in
gutturis suis nec enim est spiritus in ore eorum similes illis fiant qui
faciunt ea et omnes qui confidunt in eis.*

Proprie quidem hec de paganis dici uidentur sed etiam hereticos compre-
hendunt quidam falsis inherere & impia hominum commenta sectan-
tantur omnia rationalis uite officia perdiderunt. nam quid est ha-
bere oculos & non uidere quam errorum nocte uersari habere aures &
diuine non obedire doctrine habere nares & bonum christi odorem non
capere. pedes habere & uocantem non sequi gratiam. habere linguam
& non loqui ueritatem habere manus & sine opere esse iusticie quia
omne quod non est ex fide peccatum est mandaces igitur confor-
mabuntur mendatio & quomagistro fidunt cum eodem confun-
dentur & tamen ex ipsis cotidie commutantur per miracula di-
cotidie aperiantur oculi cecorum & aures surdorum inspirantur

no. 405

nares insensatorum resoluuntur oramutorum fiunt operariæ manus
paraticorum diriguntur pedes claudorum & lapidibus excitantur
filii habrae quibus omnibus simul dicatur **Domus isrl̄ benedi**
cite dñm aaron benedicite dñm Domus leui benedicite dñm;
Quia om̄s hos gradus quos una gens habuit per ipsam fidem qua illa
iustificata est totus mundus optinuit & in cunctis iam nationibus
inuenitur abraam credentium pater **Quia mecum dñm benedicite**
dñm benedictus dñs ex sion qui habitat in ierusalem.

Habitatio dñi non est illa ^{ierlm̄} quæ cecidit sed est in cordibus fidelium atq̄
sc̄orum ex quibus edificatur eternum templum dñi cum conpage ange
lorum qui nunquam a dño recesserunt. benedicit ergo eccl̄a dñm ex sion
id est de specula ex qua promissiones dñi prospicit uenturas in iertm̄
id est in uisionem pacis ubi iam nullum periculum in futurum nullæ erit
aduersitas temptatoris; **INCIP DE PSALMO CXXXV.**

Confitemini dño quō bonus quō in sc̄lm̄ misericordiacius.

Psalmus iste laudem cot̄tin & dñi & eodem modo in omnibus suis uer
sibus terminatur ut quidquid operum dispercurritur ideo intellegat̄
effectum ut bonitatis & misericordiacius manifestaretur eternitas quæ
uis enim post iudicium quō in fine sc̄li uiu& mortui. iudicandi sunt
missis iustis in uitam eternam. Impius autem in ambustionem eter
nam non sint deinceps futuri quid uine gratiæ dispensatione sal
uandi sint recte tamen intellegi potest in eter nam futuram miseri
cordiam eius quam suauis sc̄is fidelibusq̄ largitur quō ea beatitudo quæ
ex dñi misericordia consequentur nullæ unquam temptatione pulsa
bitur sed in eterna pace & gloria incommutabilis permanebit quod
opus ineffabilis pietatis quia in sempiterno dñi proposito atq̄ consilio
fuit ut per temporalia preordinarentur eterna misericordiacius mun
di elementorumq̄ conditio propter hanc miām dicitur instituta
cui perficiende omnium rerum ordo seruiss&. **Confitemini dō**
deorum quō in eter num misericordiacius. Confitemini
dño dñorum quō in eter num misericordiacius.

Deorum nomen cum in bono positum repperitur secundum gra
tiam intellegendum est non secundum naturam dicente apos
tolo. Nam & si sunt qui dicuntur dñi siue in celo siue in terra quem

admodum sunt dii multi & dñi multi sed nobis unus dñs pater ex quo omnia & nos per ipsum. Qui ergo sunt filii dñi & per adoptionis sacramentum diuine fiunt consortes nature. habent huius nominis donum quia omni dño seruiunt & cum dño uoluntaria subiectione famulantur. Diu autem gentium demonia quæ qm̄ gaudent se aberrantibus coli in eternum ignem cum suis cultoribus damnabuntur.

Qui facit mirabilia magna solus quò in eternum misericors.

no

Pos sunt ea mirabilia accipi à dño solo facta quæ neque per angelos neq. per homines sunt effecta sed sola dñi operante uirtute. quamuis ipse operetur omnia in omnibus naturas tamen cunctarum creaturarum celum & celestia terram & mare cum ueris quæ in eis sunt solus instituit non quod sine filio suo uerbo. aut spũ scõ aliquid fecerit pater sed quia trinitas unus dñs est qui creaturas non per creaturam fecit sed sola potentia datus. Quod autem in secundis dicitur qm̄ in seculum misericors dñs. ad reparationem humani generis referendum est qd̄ dimia per sacramentum regenerationis uite reddit eterna.

Qui fecit caelos in intellectu quò in seculum misericors dñs.

In intellectu facti sunt celi ad erudienda meam creaturam quæ ad cognitionem sui preordinabatur à dñi inuisibilia enim dñi sicut ait apostolus a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoque uirtus eius & diuinitas & hic idem propheta dicit. Celi enarrant gloriam dñi & opera manuum eius adnunciat firmamentum. Quia maiestatem inuisibilis pulchritudo & per corpoream creaturam incorporeus creator agnoscitur.

Qui firmavit terram super aquas quò in seculum misericors dñs.

no

Bene quidem intellegitur super aquas terra fundata. in eo quod circum fluentibus aquis super eminentia & ita etiam in in firmis natura inuenitur umoris urei solidum subdatur elementum sed secundum sacra

mentum ecclesiae. Quod per totum mundum in regenerationis lauacro celebratur sacratius hoc accipitur dictum de preparatione baptismatis supra quod naturae humanae terra fundatur ita ut ab aquis tota aeterni templi structura consurgat.

Qui fecit luminaria magna solus quō in aeternum misericordia eius?

Ideo & hic addidit solus quia cetera mirabilia quae diciturus est aut per homines aut per angelos fecit.

Solem in potestatem diei Lunam et stellas in potestatem noctis.

Splendor solis in die potens est & lune et stellarum in nocte sed haec praeter utilitatem quam mundo uicibus suis prebent & praeter decorem. quo totius mundi augetur ornatus dant significationem spiritualium gratiarum. nam precipuum fidelium cordium lumen est. Ueniens ab ipso iustitiae sole sapientiae secundum autem lumen est scientia quae inter saeculi huius opseura dat quem admodum lunare solatium deinde plurimorum charismatum munera stellarum ignibus merito comparantur ut ambulantes per difficilem uiam nunquam desit caeleste presidium.

Qui percutit aegyptum cum primogenitis eorum.

Nulla pars mundi est quam non percutiat gladius ueritatis ut christo praecipua quaeque subdantur.

Qui eduxit israel de medio eorum.

Cotidie scilicet ab iniquis & aduersis tribulationibus eruantur.

In manu potenti et brachio excelso.

Quid potencius eo de quo dictum est & brachium domini cui reuelatum est.

Qui diuisit mare rubrum in diuisiones.

Rubri maris diuisione significatur baptismus christi

in quo fiunt diuisiones ut una res aliis sit inuitam aliis
in mortem inuitam fidelibus in mortem per secutoribus.

Et educxit israhel de medio eius.

Et educit populum suum dñs innouatum per lauacrum regenerationis.

Et excursit pharaonem et uirtutem eius in mare rubrum.

Perit in aquis rex peccati & baptizatus reatus excutitur.

Quiraduxit populum suum in deserto.

Traducit & nos in huius mundi ariditate & sterilitate ne in ea pereamus.

Qui percussit reges magnos et occidit reges fortes.

Percutit atque occidit etiam per nos diabolicas & noxias potestates quotiens dat uic toriam per dñm nostrum ihm xpm.

Seon regem amor reorum.

Cerumen inutile quod inter pretatur seon & regem amor reorum quod inter pretatur amaricanium percutit per ecclesiam suam dñs.

Et og coaceruantem basan.

Hoc est confusionis quidem coaceruat diabolus nisi confusionem.

nō hoc.

Et dedit terram eorum hereditatem hereditatem israhel populo suo.

Dat etiam quos diabolus possidebat hereditatem semini abrahe quod est xps.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri. Et redemit nos ab inimicis nostris.

Redemit nos sanguine unigeniti sui.

Quidat escam omni carni.

Hec est esca de qua dñs dñs dicit caromea ue ra est esca que datur omnibus gentibus quia nullus renatorum fidelium ab esca excipitur.

**Confitemini dño caeli confitemini dño domino
rum quō in æter num misericordia eius.**

Quod hic ait dō caeli hoc uidetur superius dixisse deo deorum & quod ibi subdidit hoc & iam hic connexit confitemini dño deorum ut si sunt quid dicantur dii & domini siue in caelo siue in terra nobis tamen unus sit dñs pater ex quo omnia & nos in ipso & unus dñs ih̄s xp̄s per quem omnia & nos per ipsum cui confiteamur quō in æter num misericordia eius.

INCIPIT DE PSALMO. C. XXXVI.

**Super flumina baby lonis illic sedimus et
fleuimus cum recorda remur sion.**

Prophetia psalmi non solum hoc denunciauit quod secundum gerundarum rerum ordinem ad israheliticum populum proprie pertinebat sed & iam quod in omni ecclesia dī. quae in toto mundo est agitur & impletur uniuersa si enim fideles qui ciues sunt hierusalem & in hoc saeculo peregrinantur a parte his uocibus & congruentur utuntur ut dicant. Quod psalmi uerba pronunciant. Nam qui fide iustificati sunt & spe salui facti ad patriam caelestem angelicamque desiderant recordantes promissionis dī flent & gemunt de habitatione terrena quae in quacumque sui parte baby lonia est & flumina eius sunt om̄s in lecebre temporales siue in moribus siue in opinionibus quas sibi quisque delegerit in quibus nihil stabile nihil firmum est sed omnia fluida & in maris profunda ducentia. Qui autem quae sursum sunt sapiunt nonque super terram sedent quidem super mundi flumina atque torrentes sed tamen cursu aquarum labencium non trahuntur nec miscentur confusione quam inter pretatur baby lon. sed recordantes sion quae exprimitur specula in quod dñs promisit intendunt & a temporalibus ad aeterna proficiunt.

In sallicibus in medio eius suspendimus or

organa nostra 7

Habent organa sua ciues hierusalem scripturas dei precepta & promissa dei & meditationem quamdam futuri saeculi. sed cum agunt in medio babilonis organa sua infallicibus eius suspendunt ligna autem babilonis fluminibus rigata & nullum fructum afferentia similitudinem gerunt hominum sterilium qui mundanis pascuntur in lecebris. & nulla sunt uirtute fecundi. nec possunt eis ulla diuinorum semina scripturarum inseri. quia capaces non sunt preceptorum dei & merito in eis differendo suspenditur quod pro sua insipientia audire non possunt.

Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos uerba canticorum. Et qui abduxerunt nos hymnum cantate nobis decantici sion.

Omnes homines prima transgressione. a diabolo captiuiti sumus quomodo qui facit peccatum seruus est peccati. sed ab hac captiuitate redemit nos suo sanguine ihesus christus. Pars ergo qui captiuatoribus suis uolens seruit & eis delectatur quae hostibus placent prebet se ministram ad impugnandos redemptos & per ipsam diabolus. quicquid contra sanctos audet exsequitur ut merito ipse agere dicatur quod per homines sibi subditos gerit. Interrogant ergo christiani pagani & impiorum quorumque dogmatum sectatores quae nobis religionis sit ratio. quae utilitas infidei christi qui uel sit fructus & interrogatio eorum non ueritatem uult discere sed credentium corda turbare unde a talium auribus suspendenda sunt organa. Nec canticorum ymnorum que nostrorum sacramenta pandenda sunt nec semel detur canibus & iaciantur margaritae ante porcos. Violentibus igitur de confessione fidei nostrae instruere calumnias suas respondendum est quod ait psalmus.

Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena

Homo deditus carni deditus mundo seruens uanitatibus ^{no} plenus erroribus terra aliena est in qua sibi sacra semina que sunt diuina cantici uerba non possunt. quia nisi in sion

id est in ecclesia non congrue celebratur diuina laudatione ergo per alie
norum contagia quaedam caelestis patriae inrepat obliuio quo
dam iure iurando confirmanda est fides atq. dicendum.

**Si oblitus tui fuero hierusalem obliuiscatur me
dextera mea.**

Dextera nostra est uita aeterna sinistra est uita tempo
ralis illa plena spe beatitudinis. hec plena periculo perdi
onis. quicquid fit propter uitam eternam dextera operatur.
sinistrum uerum est. quicquid propter gaudia transitoria
aut optatur aut agitur. & in obliuionem uenit dextera sinistrae
amor & consuetudo superauerit. his ergo qui ab hierusalem
caritate discedunt hoc contingit ut obliuiscatur eos dextera
sanguinem pro redemptionem eius impenderet homo natiuitatis. **Homo uanitati similis factus est dies eius sicut umbra pretereunt.** Nature suae homo inmemor in similitudinem uanitatis uoluntaria praecuaricatione mutatus est ut qui factus fuerat in aeternis scet in uanis id est in occiduis & non per manentibus diesque eius sicut umbra transiit rereant. In comparatione quippe aeternorum uana sunt temporalia nec uere sunt quae uel esse desinunt uel quod creata sunt perdunt. Mira ergo circa homines bonitas & dilectio di quod & iam ad se cognoscendum uocat talem & dignum aestimat quem tanto precio redimat & ab umbra uanitatis educat. Qui enim filio proprio non peperit sed pro nobis omnibus tradidit eum quomodo non & cum illo omnia nobis donauit. **Dñe inclina caelos tuos & descende tange montes & fumigabunt corusca coruscationes & disperge eos. Emitte sagittas tuas & conturbabis eos. Emitte manum tuam de alto eripeme & libera me de aquis multas. 1.**

Caelisunt praedicatores ueritatis & narrantes gloriandi per quorum inclinationem & toleranciam passionum innocens mundo coruscatio euangelii & fulgura miraculorum inlustrant corda credentium. Montes enim id est elati quique & tumidi tangente eos digratia fumigabunt & accensi cordis uaporem cum lacrimis confessionis emittunt. sagitte autem di uerba sunt di quibus dissipatur consideratio superborum et percipiuntur male sani ut sanentur bene uulnerati & hoc fit per emissam manum di de alto quod brachium di quod est xpi homo factus est & membra sui corporis non relinquit & eruit ecclesiam suam de aquis multas id est de populis infidelibus siue foris oppugnantibus siue intus insidiantibus. **De manu filiorum alienorum quorum os locutum est uanitatem & dextera eorum dextera iniquitatis.** De quibus aquis erit dñs humilitatem dauid id est humilitatem corporis xpi. Nisi de manu filiorum alienorum. Omnes enim infideles alienigenae sunt.

Nec in filiorum di adoptione numerantur. & os eorum loquitur uanitatem quorum lingua confessione ueritatis aliena est et dextera est illis iniquitas. Quia in his quae iniustae sunt gaudent & prauis tam quae rectis laetantur. **Dñs canticum nouum cantabo tibi in psalterio decem cordarum psallam tibi.** Canticum nouum est canticum gratiae & noui hominis ac noui testamenti quod in decem chorda id est

In decem praeceptis legis canitur. quia perfecta est in caritate caritas legis est plenitudo **Quidam salutem regibus.** Hoc est qui tangit montes & fumigabunt ut humilitatis subdantur tibi cum satis factionis confessione **Qui redimis dauid seruum tuum.** Non caret dauid nomine qui corpus est xpi & cui contra goliath decertatione.

De gladio maligno eripeme. Non sufficit ut de gladio diceret nisi adderet maligno quia est sine dubio & benignus de quo dñs dicit. Non ueni pacem mittere in terram sed gladium. Malignus ergo est qui separat a xpo. benignus qui abscondit a mundo **Et eripeme de manu filiorum alienorum.** Qui scilicet utuntur gladio maligno. filii quippe hominum dentes eorum arma & sagitte & lingua eorum gladius acutus.

Qui ergo sunt filii alieni ipsi sunt gladius malignus ipse sunt aquae multae & ideo eadem subiungit quae prius dixerat. Unde quibus loquatur apertius pandat dicens **Quorum os locuta est uanitatem & dextera eorum dextera iniquitatis.** Quam ergo uanitatem filii alieni loquantur & quae sit dextera iniquitatis ipsorum subiecta demonstrat.

Quorum filii sicut nouella constabunt a ueniente sua filie eorum compositae & ornatae sicut similitudo templi. Cellaria eorum plena eructantia ex hoc in hoc oues eorum foetose abundantes in ingressibus suis boues eorum grassati. Non est ruina maceriae neque transitus neque clamor implentis eorum. Haec abundantia atque prosperitas communis est & malis & bonis. sed malis in dextera habetur. ab bonis autem in sinistra reputatur. Non quia & ipsa nondum dona sunt. sed quia terrenis & temporalibus; caelestia aeterna super eminent. & sicut utuntur sancti presentibus. tanquam non utantur. sicutque habentes. quasi non habentes. filii autem alienigenae qui dextram sibi intransitorius bonis & in lubrica felicitate constituunt non de opulentia arguuntur. sed de peruerso rerum amissibilium amore culpanitur. Cuius & ueritas & iniquitas eius sententiae est. ut neque fide. neque spe. neque caritate. quae sursum sunt secipiant sed infirma & caduca promissa diligant quae deserunt & a quibus deseruntur.

Beatum dixerunt populum cui haec sunt. Vanitate pleni. fide uacui. Iniquitate armati. & sorte aeternae hereditatis alieni. In hoc proruperunt ut dicerent. beatum populum cui haec sunt sed dicant filii promissionis. beatus populus cuius est dñs dñs ipse. **INCIPIIT DE PSALMO. C. XL. IIII.**

Exaltabo te dñs meus rex & benedicam nomen tuum in saeculum & in saeculū
saeculi. Totus psalmus dī laude contextitur. & cum in titulo psalmi dauid
sit p̄notata laudatio. euidenter ille ostenditur predicari qui est secundū
dei tatem dñs creator q̄ dauid & secundum quod uerbum caro factus est
filius est dauid & non duplex personam sed unus est xps̄ qui est super om̄a
dñs benedictus in s̄ta. huius ergo laudatio & iam in presenti tempore con
tinuanda est. quae in aeternitate mansura est a quo officio qui in hoc
seculo alienus est futura laudationis dī gaudia non intrabit. **P**er sin
gulos dies benedicam te & laudabo nomen tuum in aeternum & in
saeculum saeculi. **D**ubium non est ad presentem quoq̄ uitam pertine
re dī laudem quando quidem per singulos dies benedictio dī celebranda
disponitur non obistente rerum mutabilium uarietate quia siue lac
tus de secundis siue tristis de aduersis ducatur dies numquam ad lau
de decessandum est qui enim numquam temptatur numquam pro
batur & melius est cum tribulatione exerceri quam cum prosperita
te puniri. **M**agnus dñs & laudabilis nimis ualde et magnitudinis eius
non est finis. **N**ullo fine laudatio eius concluditur cuius magnitudi
nis nullus terminus inuenitur. & in cuius predicatione quicquid lau
dator poterit cogitare non sufficit. Qui ergo omni laude semper
est maior sine fine laudetur. Ex hoc ipso modo spem suae aeter
nitatis accipiat quia numquam non erit quidē laudare non desinit.
Generatio et generatio laudabit opera tua & uirtutem tuam ad
nuntiabunt. **O**mnne humanum genus generatio repetita significat
quae ab initio sui usq̄ in finem per considerationem creaturam rationa
bilitate intellegit uniuersitatis auctorem ut de his quae uidere possi
bile est & in quibus tanta admirationum materia est ea quae cerni
nequeunt aestimentur & ille omnem aciem mentis exsuperet de
quo parum digne sentit qui putat sufficere quod intellegit. Postest
autem per unam generationem prima significari uita mortalium.
per alteram uero generationem resurrectio accipi quia & ipsa rege
neratio nuncupatur secundum quod dictum est. In regeneratione
autem cum sederit filius hominis in maiestate sua. Laudatur ergo
in hoc saeculo dñs & multo magis laudabitur in futuro. Nam si nunc
hoc faciunt conpediti quo modo non amplius facient coronati.

Magnificentiam gloriae sc̄itatis tuae loquentur & mirabilia tua eructua
 bunt. Et virtutum terribium tuorum dicent et magnitudinem tuam
 eructuabunt. Memoriam habundantiae suauitatis tuae eructuabunt
 et iustitiam tuam exultabunt. Veri laudatores d̄i nihil operum eius in
 ditiorum quae non laudant & sic omnia facta mirantur ut mirabilior
 sit ipse qui fecit | quia quae quid in creatura laudabile repperitur Ad illius
 recurrit gloriam. qui operatur omnia in omnibus Unde & terribilia eius
 laudis honores sunt plena. Non enim blanditur & non minatur. si non blan
 ditur nulla esset correctio. Ministri igitur eloquiorum d̄i & misericordiam
 eius iustitiam predicabunt | & sicut regnum aeternum ita reg
 num perpetuum non tacebunt | ut in uia qua ad retributionem tenditur
 Constat sc̄iam quid diligere debeant quid cauere Magnitudinem autē
 d̄i. Quae non habet finem | quo modo enarrabunt | nisi quia semper hoc p̄
 dicabunt | quod finis eius nequeat Inueniri ineffabilem enim nullus elo
 quentium est Narrator. quam qui facit in explicabilia esse quae
 loquitur. Hic ergo inquit narratores magnitudinis suae memoriam
 abundantiae suauitatis tuae eructuabunt quia non est oblitus nr̄i nosq̄
 tui meministi se facis. doctrina itaq̄ sana hoc de abundantia suauitatis
 diuinae eructat facitq̄ ructari ut omnes boni d̄i gratia se regidi gra
 tia nouerint custodiri & per ipsam sibi ut de illa possint gaudere pres
 tari. **M**isericors et miserator d̄ns longanimis & multum misericors
 suauis d̄ns uniuersis et miserationes eius super omnia opera eius.
Misericordia & gratia bonitatis & patientia d̄i per omnia declaratur
 et nemo desperet nemo presumat. quia sicut suauis est lenitate ita
 iustus est ultione & nihil longanimitate eius perit. quem & conuer
 sus benignum. & obduratus experitur se uerum miserationes enim
 eius in omnia opera eius. quia in his qui saluabuntur corona ut ope
 ra sua. in his autem quae reprobantur damnantur aliena. **C**onfi
 teantur tibi d̄ne omnia opera tua & sc̄i tui benedicant te
Quae cumq̄ sunt in uniuersitate rerum a summis usq̄ ad infima ope
 ra utiq̄ sunt d̄i & quamuis rationales tantum intellectualesq̄ cre
 aturae diuinae laudis affectione moueantur. Non frustra tamen
 ad confitendum d̄o omnia opera ipsius incitantur quia nihil est tam
 exiguum tam quae ascensu remotum in quo non mirabilis sit creator.

na hoc

no

quem cum angeli & homines confitentur & laudant ipse infinite mundi
partes & species atque nature suam semper loquuntur auctorem et u-
tilitate ac pulchritudine sua. Immensam dant materiam laudatoribus
& uidentur laudantia quae sunt laudabilia dum quod non possunt lo-
qui faciunt non taceri. **Gloriam regni tui dicent & potentiam tuam**
loquentur Ut notam faciant filius hominum potentiam tuam
& gloriam magnificentiae regni tui. **Omnes species & uirtus &**
pulchritudo creaturae regnum est dei quia diuersorum ipse est auctor
et dominus sed ab his quae uidentur distinguuntur. & ea quae nondum inno-
tuerunt & intellegitur ex decore uisibilium quantum excellent
& in qua gloria emineant. quae regnum dei specialius nominantur.
Unde cotidie dicimus. **Adueniat regnum tuum** cuius nec magnitudine
nec gloriam nec decorem ulla possunt corda conapere. sed quia sicut
promittitur ita creditur certissimo desiderio donec adsit expectatur.

Regnum tuum regnum omnium seculorum & dominatio tua in om-
ni generatione & progenie. **Repetita** o generationis e representat
seculum indicat & futurum quia & resurrectio generatio dicitur
quae scilicet ad incorruptionem beatae aeternitatis creauit. **Fidelis**
dominus in uerbis suis et scilicet in omnibus operibus suis. **Multa** dominus & mag-
na promisit & quaedam credita impleuit quaedam speranda serua-
bit. ut secura esset expectatio cui uires tot praecipua preberent.

Confirmat dominus omnes qui decidunt & eriget omnes elisos. **Septies**
cadet iustus et resurgit impii autem infirmabuntur. In malis. **Aliter**
ergo sancti aliter decidunt infideles & horum nunc fit commemoratio
quorum nullus non confirmatus ad domino. (uisse enim quodam modo
uidentur cum omnibus temporalibus carent & in honori ac pauperes
spernuntur ac potentibus mundi & inter abiecta quaeque reputantur
sed deus superbis resistit humilibus cunctem dat gratiam. **Oculi om-**
nium in te sperant & da da se cam illis in tempore oportuno.

Sicut bonus medicus nouit qua est aegrotus & quo tempore sit cibandus
ita dominus seruos suos oportunae salubribus cibis reficit & quid cuique con-
gregat ineffabiles scientiae benignitate discernit ut subiectio fidelium
de omnibus proficiat. quae illae adhibenda consuevit siue aspera
siue sint blanda ut in nullo murmurent aegri sed quodlibet curatio

nis genus aequanimiter . ab auctore sup salutis accipit dicentes .
 Quod ceteruditionem patientie nostrae ipse saluator dignatus est di-
 cere . Pater fieri potest transeat a me calix iste . Uerum non quod ego
 uolo . sed quod tu non uis pater fiat uoluntas tua . **Aperis tu manum
 tuam & implem omnem animam benedictionem .** Ex dilargitate
 est quicquid benedictionis adsequitur . quia nemo eam concupisce-
 ret nisi ad inuitandum ipsam desiderium manum suae bonitatis
 aperiret . **Iustus dñs in omnib. uis suis & sc̄s in omnibus operib. suis .**

Vnuerse inquit uice dñi misericordia et uertitas . siue ceteranos seuerior
 siue sit mitior qui & iam qui flagella meditatur ideo castigat ut parcat .

Prope est dñs omnibus inuocantibus eum omnibus qui inuocant eum .
Inuertate . Multa non inuertate inuocant dñm . aliud ab illo quem
 ipsum desiderantes a quibus longe abest quicquid uersum & remotum
 est ab ipsius uoluntate quod cupiunt . Si autem id concupiscunt quod
 praecipit iustus et bonus propinquus omnino est his quo inspirauit af-
 fectibus . et timentium se uoluntatem facit . quia quae erat dñi esse
 coepit et serui . **Uoluntatem timentium se faciet preces eorum . ex
 audiet et saluos faciet eos . custodit dñs omnes diligentes se & omnes
 peccatores disperdet .** Quos omnes peccatores nisi perseverantes
 in peccatis & cotidie contra dñm disputantes . Pars autem dextera cui
 nullum est cum sinistra parte consortium quicquid semper illi iudicia
 di uersa placuerunt quod in aeternum sit factura p̄ficetur & dicit
 Laudem dñi loquetur os meum & benedicat omnis caro nomen s̄m ei

Laudem dñi loquetur os meum & benedicat omnis caro nomen s̄m ei
 in aeternum et in saeculum saeculi . **INCIPIT DE PSALMO CXIV .**
Lauda anima mea dñm laudabo dñm in uirtute mea psallam
 dñm eo quam diu sum . **S**c̄a & spiritibus anima ipsa se ad lauden-
 dum dñm cohortatur excellentiora sui parte ea quae in se mino-
 ra sunt incitat . Non enim alia est quae dicit & alia cui dicit aut car-
 nis haec uox est quae ab anima & uitam sumit & sensum nec sine anima
 aliquid potest uellae & non uelle quia uero ipsius anima duplices
 actiones sunt & alio officio erigitur ad dñm alio inclinatur ad carnem
 si bene seruit spiritui bene praesidet carni & per id quod adheret dñ-
 o id etiam quod adheret corpori ad superiores inuitat . Affectus
 ut rationali dominatu tantum subditas tribuat . quantum ad

salutem sat est nescit ad o est subiecta minuatur. mens itaq; sum
ma quaedam pars anime semetipsam in omnibus suis incitans cona
tibus dicit. *Lauda anima mea dnm. non quia hoc non faciat. quan
tum potest sed quia parum est quod infirmitate corruptibilis cor
poris potest ad illam perfectionem & aeternam laudationem p̄ficere
concupiscit et memor praesentis conditionis in qua desiderium sui.
non inuenit vires quicquid hoc per se factura respondit dicens.
Laudabo dnm in uita mea psallam dō meo quam diu sum. Nunc enī
quamuis fide et spe et caritate roboremur tribulationibus tamen &
scandalis ac meroribus non caremus & inter innumera mortalita
tis obstacula. et aeternae uitae officia non implemus quō corpus quod
corrumpitur ad grauat animam & terrena inhabitatio deprimit
sensum multa cogitantem. In uita igitur mea. quam nulla egritudo
infirmat nulla egestas facit. in quietam laudabo dnm tota me lib
tatem atq; uirtute & psallam dō meo quam diu sum. quia sicut eē
erit mihi aeternum ita erit mea in dnm et aeterna laudatio. **Nolite
confidere in principibus neq; in filiis hominum in quibus non est salus***

Qui in defensione principum & hominum presidio gloriantur in ua
nitate confidunt. solus enim est d̄s. de quo speranda sit salus et bene
a deo expectatur. quod ipse non indiget. nam quid sit quilibet filius
hominis breuiter in eo quod sequitur. demonstratur. **Exibit sp̄s eius
et reuertetur in terram suam in illa die peribunt omnes cogitationes eorū.**

Totum ergo quod in hoc mundo agitur temporale est et transitorium
& ne mo ueraciter spondet alteri quod prestare non potest sibi mor
talis enim est emissio sp̄s in terram suam terrena carne redeunte
Qui quid disposuit. qui quid cogitauit. Inter dicit. **Beatus cuius
est d̄s eius in dno dō ipsius qui fecit caelum & terram mare
& omnia quae in eis sunt. Beatus inquit. homo cui adiutor est
d̄s non ille quem sibi ignorantia humana confingit. sed d̄s iacob.
qui ipsum iacob isrl̄ fecit ut fide & intellectu uideat uniuersitatis
auctorem. **Qui custodit ueritatem in sc̄m facit iudicium in iuriam
patientibus. Et timendum d̄m commendauit & amandum timen
dum quia iniqua facientes ueritate damnauit. Amandum quia
prouisitiam laborantes misericordia coronauit. **Dat est a me siri******

erabatur dñs solute conpeditos dñs sapientes facti caecos dñs erigit
 dñs diligit iustos dñs custodit aduenies. **O**mnibus quidem animan
 tibz prouidentia dī constituit & prestat alimoniam sed hominibus non
 terrenum tantum sed & spiritalem cibum prebet quem hi accipiunt

Qui desiderant de quibus dicitur. beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam
 quō saturabuntur. Talis ergo est & conpeditorum absolutio qui mor
 talitatis conpedes aeternitate adoptionis euadent. Talis etiam lumina
 tio caecorum qui sapientes ex insipientibus fiunt. Talis quoq; elisorum
 eleuatio qui uoluntaria humilitate prostrati ad altitudinem cae
 lestium prouehuntur. Dñs enim diligit iustos quō ipse est iustitia eo
 rum & ipse custodit aduenas qui omnes gentes in xpō unum facit &
 inhabitat filios lapidea corda conuertit. **P**upillam & uiduam sus
 cepit & uiam peccatorum exterminauit. **R**egnauit dñs in aeter
 num dñs in generatione & generatione in seculū seculi.

Isti quidem pupillis qui mortuis patribz indefensi remanent. dī opi
 tulantur & omnes uiduas dī protegit sed hic illos orfanos & illas uidu
 as melius intelligimus quibus in seculo nullum est presidium nulla est
 consolatio sed spes eorum in dñō dō. ipsorum anima ergo. quae in bonis
 temporalibus non fidit sed mundi istius peregrina est supernum patre
 & super nam desiderans matrem. Merito pupilla appellatur & uidua quae
 donec & patrem uideat & sponsum. nunc uidetur esse longinqua. Uia
 uero peccatorum exterminabitur cum omnium iniquitatum defece
 rint actiones & uanitas in latitudine. **A**mbulantium in supplicia
 aeterna mergetur. In hunc autem finem prouentibus. quidaudiat
 ciuitates in quibus quid adsequatur ciuitas dī. **U**enite benedicti patris mei
 per capite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. qm̄
 tuisiō tue ecclesia. regnum eris aeternum dñi dī tui & regnante ip
 so sine fine regnabis.

INCIPIT DE PSALMO. CXLVI
Laudate dñm quō bonus & psal mus dñm iocunda laudatio.

Bonum est dñm laudare in gloriam dī psallere non uoce tantum
 quae incessabiliter canere non potest sed multo amplius modula
 tione rationabilis uitae quae nullo tempore. **O**mittenda est
 quō inconuersationem spiritualium seruorum dī. quicquid domi
 florūq; agitur laus illius est cuius & doctrina et munere ita uiuit.

ut nihil actionum nondi laude sit dignum dicente apostolo siue mandu
capitis siue quod factis omnia In gloria di facite quod qui faciunt numqua
adi laudibus silent & bonis operibus ipsorum semper do est iucunda lau
datio. **Aedificans hierusalem & dispersiones isrlt congregans.**

Exstructio hierusalem quae aedificatur ut ciuitas pace confurget omnis
isrlt pax ad soliditatem colligit uanitas non ergo ab operibus uox nec
auoce debent opera dissonare & laus quae uoce promittitur de bona con
scientia proferatur. Nam non est firma compago si in officio laudis non
unus sonus est cordis & uocis. **Qui sanat contritos corde & alligat
contritiones eorum.** Ecce quomodo colliguntur dispersiones isrlt
ut sanentur contrito corde quo cor contritum di non spernet ut hu
militas sanat quod superbia uulnerauit. Per alligationes autem con
tritionum significatur diuersitas remediorum quae summus medicus
misericorditer & scienter apponit. Quamultarum elisionum non est
curatio una. **Qui numerat multitudinem stellarum & omnibus
eis nomina uocans.** Non est precipuum In laudibus di stellas coll
habere numeratas cui capilli capiti numerati sunt De illis ergo
stellis dignus intellegitur hoc dictum quae in ecclesiadi ad consolanda
presentis temporis noctem bone conuersationis exemplo & celestis doc
trinae luce resplendent. Quibus dicat apostolus In ista natione pra
ua & peruersa in quibus apparet istam quam luminaria In mundo
uerbum uitae habentes. haec ergo stellas di numerat in aeternum p
lectas gloriam & nominatam ex omnibus gentibus aduocatas. Nonne
eum dñs quis sunt eius cum quibus non computabuntur quibus dicitur
Discedite a me operarii Iniquitatis non noui uos. **Magnus dñs nr̄
& magna uirtus eius & sapientia eius non est numerus.** Multa in
naturis magna sunt & multarum naturarum magna uirtus est sed in
comparationem di nihil uere magnum nihil uere dicitur potens & in
illo uera est magnitudo & magna uirtus in uersa ergo excellentia
habent limites suos & in modum sibi positum natura quaeq; subsistit.
Dñs autem magnitudine gloriae suae excedit uniuersa & omni potentia
sapientiae eius nullo numero comprehenditur quo ex ipso et per ipsu
& in ipso sunt omnia. **Suscipiens mansuetos dñs humilians autē
peccatores usq; ad terram.** Non accedunt ad cogitationem di in

wo

si humiles atq; mansueti. Qui etiam quod nondum intellegunt credunt
 et reuelationem occultorum patienter expectant. hos ad erudiendos
 suscipit dñs & doctrine suae capaces facit quorum desideria delecta
 tione exercuit & accendit. peccatores autem humiliat usq; ad ter
 ram eos utiq; peccatores qui ad promouendum scripturarum intellec
 tum mansuetudine carent & ea quae intro inspicere nequeunt
 tam quae superflua & uana contempnunt. horum contumacia
 dñi interrena demergit cum ipsos tradit insipientiae ut qui spre
 uerunt gratiam Inluminacionis subeant supplicium caecitatis.

Precante dño In confessione psallite dō nro in chara

Quod desiderantibus intellegentiam sacramentorum confessione incipi
 endum est ut semet ipsos accusantes & sibi adscribentes caliginem
 & tenebrarum suam radium supernae lucis accipiant. Nec fit coru
 otiosa confessio sed psallant dō in chara id est in quadam bonaru
 actionum conscientia. Ut misericordiam quam confitendo quae
 runt operando mereantur & quod recte offerunt recte diuidant.

Qui operit caelum nubibus descendit in terram sicut in pluuia
 gratiarum. Ad hoc enim dñs obscurate dicta prophetica ut obu
 bratio pararet imbrem imber uero & fructum gignerent & operi
 ret serenum. **Q**ui producit in montibus foenum & herbam seruitu
 ti hominum. Utilitas pluuiae spiritibus non solum ualles sed
 & montes uberes facit in montibus foenum & herbam seruituti ho
 minum. Montes autem intelleguntur sublimiores qui q; hominu
 saecularium qui ita saepe superioribus opimantur. Ut unde fruc
 tuose sunt ualles inde altitudines & iam montium sint feraces
 producit ergo dñi gratia in montibus foenum & potentes ac diuites

Acepto semine caritatis praebent profutura pauperibus & immis
 ritam herbam seruituti hominum qui famulatum deuocionis
 suae dō ecclesiae q; dependunt. **D**at iumentis escam ipsorum
 & pullis coruorum in uocantibus eum. **J**umentorum & pecorum
 nomine significatur multitudo plebis quae necesse sario cibo non
 fraudatur & dum spiritualium est particeps fit minister carnali
 um. Ut impleatur illud apostoli quis pascit gregem & de lacte
 gregis non percipit. Dispensatio igitur misericordiae di. Non

tantum ad israheliticum genus sed ad omnium quoque gentium propagationem
pestinet patres enim idola uenerantes coruorum habuerunt figuram
Mortua et immunda sectantes quorum pulli id est filii domini uerum in-
uocant & sancti spiritus pascuntur alimonia quia parentibus non inuocant ab-
domini sed in sua obduratione manentibus credidit posteritas quod digno-
rauit antiquitates. **Non in fortitudine aequi uoluntatem habe-
bit nec intaber. nactus uiri beneplacitum est ei. beneplacitum
est domino super timentes eum & in eos qui sperant in misericordiam eius.**

In equi potentia superbiae indicatur elatio quae deo semper odiosa est.
Intaber nactus quoque sublimia & magnifica diuitiarum manifestant tu-
morem in quibus nihil ad probat deus qui superbis resistit humilibus autem
dat gratiam. Non enim illi placent nisi mites & pauperes spiritu ad hoc
timentes dominum ut sperent misericordiam eius. Ille est enim utilis timor
qui spe erigitur non qui desperatione demergitur.

INCIPIT DE PSALMO CXLVII. Y Y Y
Lauda hierusalem dominum lauda dominum tuum sion. **C**um in titulo
psalmi aggei & zachariae prophetarum nomina praenotentur
quos in babilonia cum populo suo captos esse non dubium est & reparati-
onem eius ciuitatis hierusalem prauidisse ac sicut facta est denuntiatio
intellegitur cohortatio psalmi ita ad uniuersam ecclesiam pertinere
ut omnes ues & filii hierusalem in presenti uita quadam se uinctos cap-
tiuitate cognoscant & consolationem de spe futurae liberationis accipiant.

no

Nemo enim sanctorum sine laboribus ac molestiis potest praesens tempus
exigere & in quadam captiuitate se esse sentiunt. Cum exsurgentibus scan-
dalis & manentibus inter spiritum carnemque discordiis. Non omnia quae uo-
lunt faciunt & multo aduersa patiuntur. **Recte ergo spe futurorum
bonorum ipsam hierusalem cohortatur uoce prophetica in laudem
& gloriam dei. Ut cum sanctis angelis quorum adipiscitur in diuisam soci-
etatem in gaudis aeternae pacis exultet. Quo confortauit se-
ras portarum tuarum. Conclusio hierusalem et serarum eius con-
firmatio securitatem indicat incommutabilium gaudiorum quia nul-
lus mali ad bonas patebit. Introitus neque inde ullus iustorum time-
bit excludi. Benedixit filios tuos in te. Extra hierusalem nullabe-
nedictio est quia non sancti ficatur nisi qui ecclesiae quae est christi corpus unitur**

Qui posuit fines tuos pacem & adipe frumenti sati-
Ulla eam ciuitatem bella per turbant quae pacis est
 bus nec aliquid patitur inquitur Iniqua nihil est ad- uoluntate
 diuersosum. ne autem tranquillitas istius pacis aliqua indigentiae
 necessitate turbetur ad epi panis indeficiens ministratur ut iustitiae
Cibus sit in epulis qui sunt indeferis. beati enim qui esuriunt & sitiunt
 iustitiam quō ipsi saturabuntur. **Quiemittit uerbum suum terra**
uelociter currit sermo eius. Verbi missio xpi est incarnatio cuius
 euangelio currente per terram omnium gentium fit uocatio prae-
 uemente gratia di credentium fidem. nihil est uelocius & scientia
 & operadi quicq; futura sunt & nouit & fecit & quae nondum sunt or-
 ta iam apud illum sunt preordinata. **Quidat nitem sicut lana**
nebulam sicut cinerem spargit. Valent quidem ista ad opiman-
 dum terram secundum littere super faciem quia & nubes diciden-
 tes habent uellerum speciem & nebularum ros naturaliter quam
 cinis spargitur atq; ex eo terra pinguescit. Sed sublimius in his gra-
 tia di opera sentiuntur per nuuum uellera uocatione gentium
 figurata. quae ad conficiendum uestimentum xpi quod est ecclesia
 In unum confluit & in id ipsum tota contextur. Non habent macu-
 lam aut rugam semilla puritate mansura. quae aeterna glori-
 ficatione resplendeat. Sicq; mea compage de qua dicitur dñs. Amic-
 tus flumen sicut uestimentum ad quod significandum pertinet
 quod uestis xpi transfigurati In morte sicut nix legitur resulsisse
Per nebulam autem galigo ignorantiae quae ad poenitentiae cine-
 rem confugit indicatur. non enim quisquam ante uocationem di-
 lustus potest quō filius hominis non uent iustos eligere sed pecca-
 tores & impios saluos facere. **Qui mittit cristallum suum sicut**
frustra panis ante faciem frigoris eius qui subsistet. Nives anti-
 quus obdurate conuertuntur in cristallum quo significantur
 lapidea corda infidelium quae gela nimiae uetustatis. Obstructa
 nullum calorem sã sps receperunt sed tam potens est gratia di
 ut amannosam glaciem faciat superno igne feruescere & eos qui
 cristallino frigore fuerant obdurati afflatu suo faciat conca-
 lescere ut etiam ipsi qui uitae cibum nesciebant panem uerbi

Incipiant ministrare sicut in beato paulo factum est quicumque
credentiū persecutor factus est euangelii predicator. quis autē
poterit sub sistere quem ab hoc frigore non liberauit xpi qui uenit
ignem mittere in terram & ad feruorem fidei quod angeli in fi
delitatis obtor puerat excitata. **E**mitte uerbum suum & lique
faciet ea flabit sp̄s eius & fluent aque. Verbo euangelice pre
dicationis obduratio infidelium soluitur ut fiat hoc quod alibi dic
tum est rupit petram & fluxerunt aque. Flante autem spū
calor caritatis emittitur ut terram sitientem flumina riget.
& in aridis cordibus fiat fons aque salientis in uita aeterna.

Adnuntians uerbum suum iacob iustitias & iudicia sua isrl.

Dans salic & intellectum uocatis & iustificatis quia omnes ex quibus
lib & gentibus electi iacob & isrl nuncupantur & discunt. omni di
luta eē iudicia. nec aliquid uobis fieri unde poset ignorantia hu
mana causari quia abundarent & iam circa iustos cause utio nū
nisi iustitiam suam misericordia temperare. **N**on fecit aliter
omni nationi & iudicia sua non manu festauit eis. **A**ltitudi
nem diuitiarum sapientiae suae nulli genti diuoluit esse per
spiciam neq; cuiquam nationi iudiciorum secreta patuerunt sed
ex omnibus gentibus una est gens unus est populus quise ab aeterna
perditione non suis meritis sed di gratia intellegit liberari &
unum quemq; fidelium ministrum misericordiae di ut quod in ip
sum factum est & iam in alius fiat & in unitatem confluat uniuersa
dispersio. **I**NCIPIT DE PSALMO. CXI VIII.

Laudate dnm de caelis laudate eum in excelsis. **P**opulus
di cuius conuersatio est in caelis eccius spes in dno dō ipsius ad
supernam hierusalem pertinens & de aeterna scōrum angelo
rum societate iam gaudens exultat in spū di & uniuersam creatu
ram in laudem accendit creatoris. Non quid omnia in rationabilia
& sensu carentia possunt dnm propria confessione laudare sed
quia nihil est in uniuersitate rerum. a summis usq; ad infima quod
non sua aequalitate naturae potentiam sui protestetur aucto
ris duarum propriae creaturarum est tota ista laudatio. Ange
lice salic & ethumanae quae hunc affectum extotius mundi

consideratione concipiunt ut cum laudatoribus dei ipsa laudis
 materia deum laudare dicatur quia ergo in hoc officio caelestia
 obtinent principatum. Merito ipsis primitus dicitur ut de excel-
 lentia dignitatis ac pulchritudinis suae in domino gloriantur. 7

Laudate eum omnes angelicus laudate eum omnes uirtutes
Laudate eum sol & luna laudate eum omnes stelle & lumen
Laudate eum caeli caelorum & aq. quae super caelos sunt laudent no-
 mendum. Nihil est in sublimitate caelesti quod non pulchrum
 atq. mirandum sit & quia omnia increatoris sui concinnunt lau-
 dem non quasi cessantibus ab inferioribus dicitur ut in confessione
 diuine laudis exsurgant sed ut homo inspiratus ostendat sibi pla-
 cere quod faciunt & eo se per spem fidei delectari ad quod per
 exortationes promissionum dei & iam ipse prouehetur. Cum
 autem dominus ihesus christus uerbum sit dei in nullo patris laude discernitur
 dicente psalmo. **Quo ipse dixit & facta sunt ipse mandauit
 & creata sunt.** Quod enim deus dicit uerbo dicit & uerbum per
 quod facta sunt omnia mandatum dicentis exequitur. 7

Statuit ea in aeternum & in seculum seculi preceptum posuit & non
 preteribit. Omnia quae ad caelestem beatitudinem sunt
 creata hanc plenitudinem suo officii susceperunt utandi lauda-
 tione permanent. Cui operi & iam natura humana sociatur
 propter quod apostolus dicit quae sursum sunt sapientiae non quae
 super terram. quae sursum sunt quaerite ubi christus est in dexte-
 ra dei sedens. bene ergo spiritualis quisque deuotionis celestium
 iungit & consideratione totius creature laudat artificem ut
 pro modulo suo iam faciat quod sine fine factura est. **Lauda-
 te dominum de terra dracones & omnes abissi. Ignis grandinae
 glacies spiritus procellae quae faciunt uerbum eius.** Terrae nomine
 appellantur quae uicinae sunt terre & quicquid hoc nullo aere
 aut humidum in rore uel pluuuis aut in niue & grandine glaci-
 ale aut in procellis turbidum uel in coruscationibus appar-
 ignitum terrae & abissi appellatione perstringitur quorum
 nihil fortuitis montibus subiacet & singula quaeque eius legibus ser-
 uiant quia ut ult. de omnibus atque in omnibus secundum causas occulte

rationis operatur. **M**ontes et omnes colles ligna fructu fera & omnes ceteri bestiae & uniuersa peccora serpentes & uoces pinnate. Nihil horum non in magna sapientia factum est & ideo quaedam perstringuntur uniuersitatis creator in omnibus predicetur. **R**eges terrae & omnes populi principes & omnes iudices terre iuuenes & uirgines seniores & iunioribus laudent nomen domini.

In multitudine hominum diuersitas est graduum differentia sexuum & dissimilitudo meritorum sed in diuinitate laudibus omni ordinatae aetati una materia est tota enim in christo ecclesia unum corpus est & quod recte agit quaelibet portio tota sibi bene uindicat plenitudo. **Q**uoniam exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super caelum & terram & exaltauit cornu populi sui.

Super omnia eminent omnium conditor & unus auctoris laus est quicquid in uniuersitate laudabile est. quod ipsa rerum pulchritudo multiformi conficitur ornatu ab ipso ergo est honor sanctorum eius & ipsos exaltat cornu populi sui. quoniam qui magna contulit per naturam ipsa dat maiora per gratiam. **V**innus omnibus sanctis eius filius israel populo adpropinquanti sibi. **H**ymnus est canticum quod laudatur deus & quod utuntur omnes sancti eius omnesque filii israel non illi qui frustra carnali semine gloriantur sed qui per illam qua abraham placuit fidem nati uerisunt filii israel adpropinquantes deo. per ipsum qui est uita ueritas & uita

INCIPIT DE PSALMO C. XLVIII.

Cantate domino canticum nouum laudatio eius in ecclesia sanctorum.

Bene laudantes dominum canticum nouum cantant non in uetustate carnis sed in spiritu nouitate uiuentis ut laus dei in sanctorum ecclesia celebretur quae sibi ex fide & moribus et caritate concordat. Nam sine hac parilitate nulla est canentium suauitas nec est modulatio concinens ubi est fides acuta dissentiens.

Laetetur israel in eo qui fecit ipsum et filiae sion exultent super regnum suum. **Q**ui sunt ueri israelite ipsi sunt filii sion siue hierusalem utrumque enim nomen unum est ciuitatis quae constat ex angelis & hominibus angelis in deo manentibus hominibus ad eandem societatem per fidem & spem & caritatem de longin

qua peregrinatione tendentibus qui ergo spe credidit spe gaudeat
 quia dicitur noui populi & creator & redemptor & rector **Laudent no-**
men ei in choro in timpano & psalterio psallant ei. Choro nomine
 concordia significatur. Laudantium quorum uoces nisi fuerint consone
 placere non possunt rationalis itaque cantus cuius tota est infide & caritate
 modulatio neque in moribus neque in confessione dissidat sed bene uti-
 tur psalterio & timpano & psalterio manus concinnat uoci & implea-
 tur opere quod ore cantatur in timpani autem & chordarum exten-
 sione crucifixo carnis accipitur quia nerui quanto plus fuerint exten-
 si tanto acutius sonant. **Quia bene placitum est domino in populo**
suo & exaltauit mansuetos in salutem. Quidam benignum quia
 est dominus in populo suo quem dignatur auertere aduersum suscipere
 correctum iuuare pugnantem coronare uincentem. Dabit enim
 exultationem humilibus. Et inde eriguntur mansueti unde premuntur
 elati. **Exultabunt sancti in gloria lactabuntur in cubilibus suis.**
Exultatio sanctorum non in diuitiis non in honoribus neque ulla prosperita-
 te terrena sed in cubilibus suis id est in consuetudine bona quam tam non
 sibi sed gratiae dei adscribunt. Resint de hominibus sibi placentibus
 sed sint de his qui in christo gloriantur. **Exultationes dei in faucibus**
eorum et gladius accipiet in manibus eorum. Graciae agentes
 deo de omnibus profectibus suis ipsum exultant & ad ipsum referunt
 quod ei placere nouerunt. habentes in manibus sermones dei qui
 est gladius bis acutus efficax & carnales affectus diuidere &
 peccata resicare. **Ad faciendam uindictam in gentibus obitir-**
gationes in populis. Potestas uerbi quod infidelium corda se-
 riuuntur non solum praesidentibus data est sed omnibus. Etiam discipulis
 ueritatis qui possunt arguere errantes & increpatione sua de uos
 reuocare. **Ad alligandos reges eorum in conpedibus & nobiles**
eorum in uinculis ferreis. Potentes mundi et reges ac nobiles
 nisi dominum timeant quem timebunt sed predicant illis euangelium christi
 & percipiuntur framea bis acuta annuntiatur illis iudicium & au-
 ditis aeternis supplicis sinistrorum ligantur et conpedes sapientiae
 ab initio timoris accipiunt ut dura praecipue molliant uoluntatem
 & fit oboedientibus blandum quod asperum uidebatur auersis.

Ut faciant in eis iudiciū conscriptū gloria haec est omnibus sc̄is eius. Om
niū sc̄orum gloria haec ē ut totus mundus subiciat̄ dō & diuinis legib.
quarū iustitia uni formit̄ ubiq̄ conscripta est simili obseruantia seruat̄
Ad hoc em̄ utuntur in omnib. gentibus sp̄s potestate ubiq̄ canet̄ canticū no
uum & omnis lingua confiteatur quō dñs ihs xps̄ in gloria est dī patris.
INCIPIT DE PSALMO C. **L**audate dñm in sc̄is eius. **A**d confessio
nē p̄tinet gratiae dñm in sc̄is suis laudare cuius habent sc̄i fixatione
quod sc̄i sunt. Unde & in alio psalmo d̄r mirabilis d̄s in sc̄is suis ut quicquid
in illis uirtutum atq̄ meritorum est totū addi gloriā referatur.
Laudate eum in firmamento uirtutis eī. **L**audate eū in potentatib. eī. **L**au
date sc̄dm multitudinē magnitudinis eī. **O**mnia ista instrumenta laudi
am ipsi sc̄i p̄ quos addm̄ multiplex sonus concanentis confessionis emittit̄
& ideo in omnib. corū officis laudatur d̄s quia omnis canentium motus
eī sp̄u quem praedicat animatur. **L**audant igit̄ eum in sonotube.
Propt̄ excellentissimā euangelii in xpo declarationē in omnem enī terrā
exiit sonus eorum & in fines orbis terre uerba eorum. **L**audant eum
in psalterio & cithara. **D**e superiorib. sc̄licet & inferioribus tanquā
eum qui fecit caelum & terrā ut psalterio caelestia cithara autem
terrena laudentur quia cauum illud lignum supra quod chor darū
resultat extensio in psalterio superius in cithara habetur inferius
Laudent eum in tr̄mpano & choro. **D**um ad similitudinem tr̄mpa
ni quod de sicco extensioq̄ fit corio ad confessionem dī sensus mut̄
carnis. **A**ptantur & ad speciem chori societas canentium in omni
modulatione concordet ut nihil diuersum de eo cui canit̄ sentiat̄
Laudate eum in cordis & organo. **I**dest in quolibet instrumento
musico quod uel pulsū potest sonare ut flatu. **L**audent eum in
c̄mbalis bene sonantib. **D**um unusquisq̄ honorat̄ ap̄ximo non a
se ipso cū aut̄ dicat̄. **L**audate eum in c̄mbalis iubilationis.
Euidenter ostendit̄ p̄ omnia opera musica n̄ corporales sonos sed affectus
animi designatos siquidē nulla ratio sinat ut iubilatio esse possit in
c̄mbalis nisi ipsa c̄mbala ad motus animi transferantur cum enī
mens coept̄es dī laudes uerbum non potest explicare. **A**dmiratio
eius similis fit iubilationi quae in eo inmiratur son. o quinullus
syllabarum comprehenditur. a sticulis. nihil ergo extra ex

ipsos quibus laus dei indicitur cogitetur nec uile aliquid spiritali
 bus officiis sentiatur & quia sapere secundum carnem mors est
 omnis sp̄s laud& dnm̄. amen —

EXPLICIT EXPO
 SITI OPSALMO
 RVMS̄C̄IPROS
 PERIACENTESI
 MO VSQVE AD
 CENTESIMVM
 QVINQVA GESI
 MVM



restauriert Dezember 1968, R. Kr.

16

3ste liber est monasterii bte virginis i Augenmaozi

